

[Opera] / [Claudius Claudianus].

Contributors

Claudianus, Claudius.
Ugoletus, Thaddeus.

Publication/Creation

Parma : A. Ugoletus, 1493.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/smhzjmwr>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

3. E. 13.

Pell. 3802

R. App. II. p. 156

Winship p. 73: 1 Ex.

H. 537

Pr. 68 68

Von H. De. lin 3232

Parma, Ugoletus
1493

CLAUDIANUS, CLAUDIUS, Opera, (emendata per Thaddaeum Ugoletum).
Parmae, Angelus Ugoletus, 1493. 4^o. Rom. char., c. sign., 36 ll., 142 ff. n. n. Mit
der Druckermarke des Angelus Ugoletus am Ende (Kristeller
120). Breitrandiges, teilweise unbeschnittenes Exemplar, am Rand etwas fleckig,

einige alte Randbemerkungen, im 1. Bl. am weissen Rand Loch ausgebessert. Alter
Pergtbd. (Parma 1493)

Hain (ohne es gesehen zu haben) - Copinger 5371; Reichling II, S. 156; Proctor
6868, Type 2; Schweiger II, S. 281. Only one copy in U. S. A. (acc. to Winship).

Erste von Thaddaeus Ugoletus herausgegebene Ausgabe, die bedeutend vermehrt ist und u. a.
folgende medizinisch interessante Gedichte enthält: *De histrice et porco spino*; *in podagricum*; *de Apone balneis*; *de torpidine*. B.M. VI. 945. G.K.W. 7060

44830

CLAVDIANI OPERA.

Cum aliquando Claudiani opera reuoluerem: tot
mendæ: & errores occurebāt. ut q̄ plurimis in lo
cis nullus elici posset sensus: statui id non ferre:
non quo quicq̄ gloriæ inde mihi compararem.
Sed litterarum studiosis adolescentibus prodes
sem: Collatis igitur antiquissimis tribus codici
bus: & præsertim quodam uenerandæ uetustatis:
quem ex germania attuleram: inuersa redegī: er
rata castigauī: & abolitos: ac deperditos quā plu
rimos uersus restitui: Addidi præterea Epigram
mata: Epithalamion Palladii & Serenæ: Episto
las ad Serenū & Hadrianum: Balnea aponi: Gi
gantomachiam: & alia multa: quæ legētibus pa
tebunt: Deceuerā & his inserere alterius Clau
diani opera: quod: quia in pānoniam acciuit me
Rex: per repentinum abitum non licuit.

Thadæus Vgoletus Parmensis.

CLAVDII CLAVDIANI IN RVFFINVM

PROLOGVS.

P HOEBAEO DOMITVS PHITON
QVVM decidit arcu:
MEMBRAq; CYRRHAEO FVDIT
ANHELA IVGO:

*phibis flumens ep
qui a cephisio quo
est fons acticae oris*
Qui spiris tegeret montes: hauriret hiatu
Flumina: sanguineis tangeret astra iubis;
Iam liber parnasus erat: nexuq; soluto
Coeperat erecta surgere fronde nemus;
Concussa q; diu spaciosis tractibus orni
Securas uentis explicuere comas.
Et qui uipereo spumauit saepe ueneno
Cephisus: liquidis purior ibat aquis.
Omnis io pæan regio sonat. omnia Phœbum
Rura canunt. tripodas plenior aura notat.
Auditq; procul musarum carmine dulci
Ad themidis coeunt antra seuera dei.
Nunc alio domini telis phitone perempto
Conuenit ad nostram sacra caterua lyran.
Qui stabilem seruant augustis fratribus orbem:
Iusticia pacem: uiribus arma regunt.

CL. CLAVDIANI IN RVFFINVM LIBER
PRIMVS INCIPIT.

f AEPE MIHI DVBIAM traxit sen-
tentia mentem:
CVRARENT SVPERI TERRAS;
an nullus inesset
Rector: & incerto fluerent mortalia casu.
Nam cum dispositi quæsissem foedera mundi:
Perscriptosq; maris fines: anniq; meatus:

Et lucis: noctisq; nices: tunc omnia rebar ^{puratam}
Consilio firmata dei: qui lege moueri ^{in sua uoluntate}
Sidera: qui fruges diuerso tempore nasci:
Qui uariam phœben alieno iusserit igne ^{id est: solis}
Compleri: solemq; suo. porrexerit undis
Littora: tellurem medio librauerit axe. ^{creatum}
Sed quum res hominum tanta caligine uolui
Aspicerem: latusq; diu florere nocentes:
Vexariq; pios: rursus labefacta cadebat
Religio: causæq; uiam non sponte sequebar
Alterius. uacuo quæ semina currere motu
Affirmat: magnumq; nouas per inane figuras
Fortuna: non arte regi: quæ numina sensu
Ambiguo: uel nulla putat: uel nescia nostri.
Abstulit hunc tandem Ruffini poena tumultum:
Absoluitq; deos: iam non ad culmina rerum ^{id est: res tolluntur multis}
Iniustos creuisse queror. Tolluntur in altum: ^{ut quædam ruant}
Ut lapsu maiore ruant. Vos pandite uati
Pierides: quo tanta lues eruperit ortu:
Inuidiæ quondam stimulis incaduit atrox
Aleto: placidas late quum cerneret urbes: ^{postul}
Protinus infernas ad limina terra sorores
Concilium deforme uocat. glomeratur i unum
Innumera pestes herebi: quasq; sinistro
Nox genuit foetu: nutrix discordia belli.
Imperiosa fames: letho uicina senectus:
Impatiensq; sui morbus: liuorq; secundis
Anxius: & scisso mœrens uelamine luctis:
Et timor: & cæco præceps audacia uultu:
Et luxus populator opum: cui semper adhærens
Infelix humili gressu comitatur egestas:
Fœdaq; auariciæ complexa pectora matris
Insomnes longo ueniunt examine curæ.
Complentur uario ferrata sedilia coetu.
Toruaq; collectis stipatur curia monstis.
Aleto stetit in mediis: uulgusq; tacere



Noctis horre
filie

*Alia de
Scriptio*

Iussit: & obstantes intergum reppulit angues:
Perq; humeros errare dedit. tum corde sub imo
Inclusam rabidis patefecit uocibus iram.
Siccine tranquillo produci sacula cursu?
Sic fortunatas patiemur uiuere gentes?
Quæ noua corruptit nostros clementia mores?
Quo rabies inata perit? quid inania profunt
Verbera? quid facibus nequicq; cingimur atris?
Heu nimis ignauæ: Quas cælo iuppiter arcet:
Thedofius terris. En aurea nascitur ætas.
En proles antiqua redit: concordia: uirtus:
Cumq; fide pietas alta ceruice uagantur:
Insignemq; canunt nostra de plebe triumphum.
Pro dolor: ipsa mihi liquidas delapsa per auras
Iusticia insultat: uitiiq; a stirpe recisis
Elicit oppressas tenebroso in carcere leges.
At nos indecores longo torpebimus æuo?
Omnibus eiectæ regnis? agnoscite tandem
Quid furias deceat: consuetas sumite uires:
Conuentuq; nefas tanto decernite dignum:
Iam cupio stygiis inuadere nubibus astra:
Iam flatu uiolare diem: laxare profundo
Frena mari: fluuios ruptis immitere ripis:
Et rerum laxare fidem. Sic fata cruentum
Mugit: & totos serpentum erexit hiatus.
Noxiq; effudit concussio crine uenena:
Anceps motus erat uulgi. pars maxima bellum
Indicit superis. pars ditis iura ueretur:
Dissensuq; alitur rumor. ceu murmurat alti
Impacata quies pelagi: quum flamine fracto
Durat adhuc: sæuitq; tumor: dubiumq; per æstus
Lassa recedentis fluitant uestigia venti.
Improba mox surgit tristi de sede megera:
Quæ penes insani fremitus: animiq; prophanus
Error: & undantes spumis furialibus iræ.
Non nisi quæsitum cognata cæde cruorem

Illicitumq; bibit patrius quem fuderit ensis:
Quem dederint fratres. hæc terruit Herculis ora:
Hæc defensores terrarum poluit arcus.
Hæc Athamantææ direxit spicula dextræ.
Hæc Agamemnonios inter bacchata penates
Alternis lussit iugulis: hæc auspice thedæ
Oedipodem matri: natæ iunxere Thiesten:
Quæ tunc horrifonis effatur talia dictis.
Signa quidem o sociæ diuos attollere contra
Nec fas est: nec posse reor: sed lædere mundum
Si libet: & populis commune intendere lethum:
Est mihi prodigium cunctis immanius hydrys
Trigride mobilius fœta: uiolentius austris:
Acrius harpyis: flauis incertius undis:
Ruffinus: quæ prima meo de matre cadentem
Suscepti gremio: paruus reptauit in isto
Sæpe sinu: tenero perq; ardua colla uolutus
Vbera quæsiuit fletu: linguisq; trifulcis
Mollia lambentes fixerunt membra cerastræ
Me tradente dolos: gestus: artemq; nocendi
Edidicit simulare fidem: sensusq; minaces
Protegere: & blando fraudem prætexere risu.
Plenus sæuitiæ: lucriq; cupidine feruens:
Non tarthesiacis illum facia ret arenis
Tempestatas preciosa tagi: non stagna rubentis
Aurea pactoli: totumq; exhauferit hermum
Ardebit maiore siti. Quam fallere mentes
Doctus: & unanimes odiis turbare sodales:
Talem progenies hominum si prisca tulisset
Pyrrithoum fugeret Theseus: offensus Orestem
Defereret Pilades: odisset Castora Pollux
Ipsa quidem fateor uinci: rapidoq; magistram
Præuenit ingenio: nec plus sermone morabor.
Solus habet scelex: quicquid possedimus omnes.
Hunc ego: si uestræ res est accomoda turbæ:
Regalem ad summi perducam principis aulam:

Sit licet ille numma grauior: sit deniq; minos.
Cedet: & insidiis nostri flectetur alumni
Orantem sequitur clamor: cunctaq; prophanas
Porrexere manus: inuenta q; tristia laudant.
Illa ubi ceruleo uestes connexuit angue.
Nodauitq; adamante comas: phlegetonta sonoru
Poscit: & ambusto flagrantis ab aggere ripæ
Ingentem piceo succendit gurgite pinum:
Pigraq; ueloces per tartara concutit alas:
Est locus: extremum pandit qua gallia littus
Oceani prætentus aquis: quo fertur Vlyxes
Sanguine libato populum mouisse silentum.
Illic umbrarum tenui stridore uolantum
Flebilis auditur questus: simulacra coloni
Pallida: defunctasq; uident migrare figuras:
Hinc dea prosiluit: phœbiq; egressa serenos
Infecit radios: ululatuq; æthera rupit
Terrifico. sensit fatale britannia murmur.
Et senonū quatit arua fragor: reuolutaq; tethys
Substitit: & rhenus proiecta torpuit unda.
Tunc in caniciem mutatis sponte colubris
Longæuum mentita senem: rugisq; seueras
Per sulcata genas: & ficto languida passu
Inuadit muros Elifæ. notissima dudum
Tecta petit: oculisq; diu liuentibus hæsit
peiolem mirata uirum. tunc talia fatur
Ocia te ruffine iuuant: frustra q; iuuentæ
Consumis florem patriis inglorius aruis:
Heu nescis quid fata tibi: quid sidera donent:
Quid fortuna paret. toti dominabere mundo:
Si parere uelis: artus ne sperne seniles.
Namq; mihi magicæ uires: æuiq; futuri
Præscius ardor inest: noui quo thessala cantu
Eripiat lunare iubar: quid signa sagacis
Aegypti ualeant: Qua gens chaldaea uocatis
Imperat: arte deis: nec me latuere fluentes

Arboribus succi:funestorumq; potestas
Herbarum:quicquid lethali gramine pollens
Caucasus:& scythica uernant in gramine rupes:
Quas legit Medea ferox:& callida Circe.
Sæpius horrendos manes:sacrifq; litauit
Nocturnis Hecaten:& condita funera traxi
Carminibus uictura meis:multosq; canendo
Quamuis parcarum restarent fila peremi.
Ire uagas quercus:& flumina stare coegi:
Versaq; non prono curuauit flumina lapsu
In fontes reditura suos:neu uana locutum
Me fortasse putes:mutatos cerne penates.
Dixerat:& niueæ(mirum)coeperet columnæ
Ditari:subitoq; trabes lucere metallo:
Illecebris capitur:nimiumq; elatus auaro
Pascitur intuitu:Sic rex ad prima tumebat
Mæonius:pulchro quum uerteret omnia tactu:
Sed postq; riguisse dapes:fuluamq; reductos
In glaciem uertit latices:tunc munus acerbum
Sensit:& inuiso uotum damnauit in auro:
Ergo animi uictus:Sequimur quocûq; uocabis:
Seu tu uir:seu numen ait:patria; relicta
Eoas iussu furia; tendebat ad arces:
Instabilesq; olim symplegadas:& freta remis
Incluta thessalicis:cella qua bosphorus arce
Splendet:& othrysiis asiam discriminat oris.
Vt longum permensis iter:ductusq; maligno
Stamine fatorum:claram subrepsit in aulam.
Illicet ambitio nasci:discedere rectum.
Venum cuncta dari:profert arcana;clientes
Fallit:& ambitos a principe uendit honores.
Ingeminat crimen commoti pectoris ignem
Nutrit:& exiguum stimulando uulnus acerbat.
Ac ueluti innumeros amnes accedere nereus:
Nescit:& undantem quâuis hinc hauriat istrum:
Hinc bibat æstiuum septeno gurgite nilum;

Par semper: similisq; meat: sic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit: cuiusq; monile
Contextum geminis: aut prædia culta fuissent
Ruffino populandus erat: dominoq; parabat
Exitium sæcundus ager: metuenda colonis
Fertilitas: laribus uellit: detrudit auitis
Finibus: aut aufert uiuis: aut occupat hæres:
Congestæ cumulantur opes: orbisq; ruinas
Accipit una domus: populi seruire coacti:
Plenaq; priuato succumbunt oppida regno.
verba poetæ Quo uesane ruis? teneas utrunq; licebit
Oceanum: laxet rutilos tibi lydia fontes:
Iungantur solium Cyrrhi: Cræssi q; thyræ:
Nunquā diues eris: nunq; faciabere quæstu.
Semper inops quicumq; cupit. cōtentus honesto
Fabricius paruo spernebat munera regum.
Sudabatq; graui consul seranus aratro.
Et casa pugnaces curios angusta tenebat.
Hæc mihi paupertas augustior: hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis. tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos. mihi donat inemptas
*hic commendat
partem contentos
pauperis uitæ
sinceram* Terra dapes: rapiunt tyrios tibi uellera succos:
Hinc picturata saturantur murice uestes.
Hinc radiant flores: & prati uiua uoluptas
Ingenio uariata suo. fulgentibus illic
Surgunt structa thoris: hic mollis pādatur herba
Sollicitum curis non abruptura soporem
Turba salutantum latas ibi perstrepat ædes:
Hic auium cantus: labentis murmura riui.
Viuitur exiguo melius. natura beatis
Omnibus esse dedit: si quis cognouerit uti.
Hæc si nota forent. frueremur simplice cultu.
Classica non fremerent: nō stridula faxinus iret.
Non uetus quateret puppes. nō machina muros:
Crescebat scelerata sitis: predæq; recentis
Incæstus flagrabat amor: nullusq; petendi

Cogendiue pudor: crebris periuria neſcit
Blandiciis: ſociat perituro ſœdere dextras.
Si ſemel e tantis poſcenti quiſq; negaſſet.
Eſſera prætumido quatiebat corda furore
Quæ ſic getuli iaculo percuſſa leæna:
Aut hyrcana premens raptorem belua partus
Aut ſerpens calcata furit. iurata deorum
Maieſtas teritur. nunq̃ reuerentia menſæ:
Non coniunx: non ipſe ſimul: non pignora caſa:
Sufficiunt odiis: non extinxiffe propinquos:
Non notos egiſſe ſat eſt: extinguiere ciues
Funditus: & nomen gentis delere laborat.
Nec celeri mittit letho. crudelibus ante
Suppliciis fruitur: cruciatus: uicla: tenebras
Dilato mucrone parat pro ſcauior enſe
Parcēdi rabies: conſeſſaq; uita dolori:
Mors adeo ne parū eſt? cauſis fallacibus inflat:
Arguit attonitos ſe iudice: cætera ſegnīs:
Ad facinus uelox: penitus regione remotas
Impiger ire uias. non illum ſyrius ardens
Brumaue ryphæo ſtridens aquilone retardat
Eſſera torquebant auidæ præcordia curæ:
Effugeret ne quis gladios: ne perderet ullum
Auguſto miſerante neſas: non fleſtitur annis:
Non ætate labat: iuuenum rorantia colla
Ante patrum uultus ſtriſta cecidere ſecuri.
Ibat grandæuus nato moriente ſuperſtes
Poſt trabeas exul. quis prodeſſe tanta relatu
Funera? quis cædes poſſet deſſere neſandas?
Quid tale immanes unq̃ geſſiſſe ferunter
Vel ſcinis iſthmiaca pinu: uel rupe profunda
Sciron? uel Phalaris tauro? uel carcere Sylla.
O mites Diomedis equi. Buſiridus aræ
Clementes: iam Cinna pius: iā ſparthace lenis
Ruſſino collatus eris: deiecerat amens
Occultis odiis terror: tacitiq; ſepultos
Suſpirant gemitus: indignatiq; uerentur.

At non magnanimi uirtus Stiliconis eodem
Fracta metu: sese medio sed turbine rerum
Contra lethiferos ritus: contraq; rapacem
Mouit tela feram: uolucris non præpete cursu
Vectus equi: non pegaseis adiutus habenis.
Hic cunctis optata quies: hic sola pericli
Turris erat. clipeusq; trucem porrectus i hostem.
Hic profugis sedes: aduersaq; regna furori:
Seruandis hic castra bonis: hucusq; minatus
Hærebat: retroq; fuga cedebat inert.
Haud secus hiberno tumidus cū uertice torrens
Saxa rotat: uoluitq; nemus: pontesq; reuellit:
Frangitur obiectu scopuli: quærensq; meatum
Spumat: & illisa montem circumsonat unda
Qua dignum te laude feram? qui pene ruentis
Lapsuroq; tuos humeros obieceris orbi.
Te nobis trepidæ ceu sidus dulce carinæ
Ostendere dei: geminis quæ lapsa procellis
Tunditur: & uicto trahitur iam cæca magistro.
Inachus rubro perhibetur in æquore Perseus
Neptuni domuisse pecus: sed tutior alis
Te non penna uehit. rigida cum gorgone Perseus
Tu non uipereo defensus crine Medusæ
Illum uilis amor suspensæ uirginis egit:
Te romana salus: taceat superata uetustas:
Herculeos conferre tuis iam desinat actus.
Vna Cleonæum pascebat sylua leonem:
Arcadiæ saltum uastabat dentibus unum
Sæuus aper: tuq; o compressa matre rebellis
Non ultra Nibiæ fines Anthee nocebas:
Solaq; fulmineo resonabat creta iuuenco:
Lerneamq; uirens obsederat hydra paludem:
Hoc monstrum non una palus: non una tremebat
Insula: sed latia quicquid ditione subactum
Viuit: & a primis ganges horrebat hiberis:
Hoc neq; Geryon triplex: nec turbidus orci

Ianitor æquabat: nec si concurrat in unum
Vis hydræ: scyllæq; fames: & flamma chimæræ
Certamen sublime diu: sed moribus impar
Virtutum scelerumq; fuit: iugulare minatur:
Tu prohibes. ditem spoliat. tu reddis egenti:
Eruit: instauras: accendit prælia: uincis.
Ac uelut infecto morbus crudefcere calo^{pro arde}
Incipiens primos pecudum depascitur artus:
Mox populos urbesq; rapit: uentisq; perustis
Corruptos stygiam pestem deludat in amnes:
Sic audus prædo iam non per singula sæuit:^{in hoste}
Sed sceptris inferre minas: omniq; perempto
Milite romanas audet prosternere uires:
Iam gentes iftrumq; mouet: scythiamq; receptat
Auxilio: traxitq; suas hostilibus armis
Reliquias: mixtis descendit sarmata dacis:
Et qui cornipedes in pocula uulnerat audax
Massagetes: patriumq; bibens mœotis orontem:
Membraq; qui ferro gaudet pinxisse gelonus
Ruffino collecta manus uetat ille domari:
Inneatq; moras: & congrua tempora differt:
Nam tua quum geticas strauisset dextera turmas
Vltia ducis socii lethum: parsq; una maneret
Debilior: facilisq; capi: Tunc proditor ille
Impius imperit: coniuratusq; getatum.
Distulit instantes eluso principe pugnas
Hunorum laturus opem: quos affore bello
Norat: & inuisis mox se coniungere castris.
Est genus extremos scythiæ uergentis in ortus
Trans gelidum tanaim: quo non deformius ullū
Arctos alit: tristes habitus: obscænaq; uisu
Corpora: mens duro nunquam cessura labori:
Præda cibus: uitanda ceres: fratresq; secare
Ludus: & occisos pulchrum iurare parentes.
Nec plus nubigenas duplex natura biformis
Cognatis aptauit equis acerrima nullo

Ordine mobilitas: insperatiq; recursus?
Quos tamen impavidos cōtra spumātis ad hebrī
Tendit aquas: sic ante tubas: ferrūq; precatus.
Maiors: nubifero seu tu procumbis in hemo:
Seu te cana gelu rhodope: seu remige medo
Sollicitatus athos: seu caligantia nigris
Illicibus pangea tenent: accingere mecum:
Et thracas defende tuos: si latior adsit
Gloria: uestita spoliis donabere quarcu.
Audiit illa pater: scopulisq; niualibus hemi
Surgit: & hortatur celeres clamore ministros.
Fer galeam Bellona mihi: nexuq; rotarum
Tende pauor: rapidos frenet formido iugales.
Festinas urgete manus: meus ecce paratur
Ad bellum Stilico: qui me de more trophæis
Ditat: & hostiles suspendit in arbore cristas:
Communes semper litui: communia nobis
Signa canunt: iunctoq; sequor tentoria curru.
Sic fatus campo insiliit: lateq; fugantes
Hinc Stilico turbas: illinc graduius agebat:
Et clypeis: & mole pares: stat cassis utriq;
Sidereis hirsuta iubis: loricaq; cursu
Extuat: & largo faciatur uulnere conus.
Acrior interea uoto: multoq; Megæra
Luxuriata malo: mœstam deprehendit in arce
Iusticiam: atq; prior diro sic ore laceffit.
En tibi prisca quies: reuocataq; sæcula rursus
Vt rebare uigent. en nostra potentia cessit.
Nec locus est usq; furiis: huc lumina flecte.
Aspice barbaricis iaceant quot mœnia flammis:
Quas mihi Ruffinus strages: quantumq; cruoris
Præbeat: & quantis epulentur cædibus hydri.
Linque homines sorteq; meâ: pete sidera: notis
Autumni te redde plagis: qua uergit in austrum
Signifer: æstiuo sedes uicina leoni:
Iam pridem gelidæ cessant confinia libræ:

Atq; utinam per magna sequi conuexa liceret.
Diua refert: non ulterius bacchabere demens:
Iam poenas dabit iste tuus: iam debitus ultor
Imminet: & terras qui nunc ipsumq; fatigat
Aethera: nec uili moriens condetur arena.
Iamq; aderit lato promissus Honorius æuo:
Nec forti genitore minor: nec fratre corusco:
Qui subiget medos: & cuspide proteret indos:
Sub iuga uenturi reges. calcabitur asper
Phasis equo. pontemq; pati cogetur araxes:
Tuq; simul grauibus ferri religata catenis
Expellere die: debellataq; draconum
Tonsa comas imo baratri claudere recessu.
Tunc tellus communis erit: tunc limite nullo
Discernetur ager: nec uomere sulcus obunco
Findetur: subitis messor gaudebit aristis.
Rorabunt querceta fauis. stagnantia passim
Vina fluent: oleiq; lacus: nec murice tinctis
Velleribus quaeretur honor: sed sponte rubebunt
Attonito pastore greges: pontumq; per omnem
Ridebunt uirides gemmis nascetibus algæ

CLAVDIANI LIBER SECYNDVS IN
RVFFINVM

i AM POST EDOMITAS ALPES:
Defensa; regna
HESPERIAE: MERITA COMPLE
xus sede parentem

Audior adiecto fulgebat sidere mundus.
Iamq; tuis stilico romana potentia curis:
Et rerum commissus apex. tibi credita fratrum
Vtraq; maiestas: geminæq; exercitus aula
Ruffinus (neq; enim patiuntur sæua quietem
Crimina: pollutæq; negant arefcere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis

Inchoat:& solito pacem turbare tumultu.
Hæc etiam secum:qua nam ratione tuebor
Spem uitæ fragilem:qua tot depellere fluctus
Arte queam:premor hinc odiis:hinc milite cîgor
Heu quid agā:non arma mihi:nō principis ullus
Auxiliatur amor:matura pericula surgunt
Vndiq:& impositis radiant ceruicibus enses.
Quid restat:nisi cuncta nouo confundere luctu?
Infantesq; meæ populos miscere ruinæ:
Euerso iuuat orbe mori:solatia letho
Exitium commune dabit:nec territus ante
Discedam:cum luce simul linquenda potestas.
Hæc fatus:uentis ueluti si frena remittat
Aeolus abrupto gentes sic obice fudit:
Laxauitq; uiam bellis:& nequa maneret
Immunis regio:cladem diuisit in orbem:
Disposuitq; nefas alii per terga ferocis
Danubii solidata ruunt:expertaq; remos
Frangunt stagna rotis.alii per caspia claustra:
Armeniasq; niues inopino tramite ducti
Inuadunt orientis opes.iam pascua fumant
Cappadocû:uolucrumq; parens argeis equorû:
Iam rubet altus halis:nec se defendit iniquo
Monte cilix:syriæ tractus uastantur amœnia
Assuetumq; choris:& læta plebe canorum.
Proterit imbellem sonipes hostilis orontem.
Hinc planctus asiæ:geticis europa cateruis
Ludibrio:predæq; datur:frondentis ad usq;
Dalmatiæ fines:omnis qua mobile ponti
Aequor:et hadriacas tellus interiacet undas:
Squallet inops pecudum:nullis habitata colonis
Instar anhelantis libyæ:quæ torrida semper
Solibus humano nescit mansuescere cultu.
Thessalus ardet ager.reticet pastore fugato
Pelion:emathias ignis populatur aristas.
Iam plaga pannoniæ:miserâdaq; mcenia thracû:

Aruaq; myſſorum: iam nulli flebile damnum:
Sed curſus ſolennis erat: campuſq; furori
Expoſitus: ſenſumq; malis detraxerat uſus.
Heu heu q̄ breuibus pereunt ingentia cauſis:
Imperium tanto quaſitum ſanguine: tanto
Seruatum: quod mille ducum peperere labores:
Quod tantis romana manus contexuit annis:
Proditor unus iners: anguſto tempore uertit.
Vrbs etiam: magnæ quæ dicitur æmula romæ:
Et calcedonias contra deſpectat arenas:
Iam non finitimo martis terrore mouetur:
Sed propius lucere faces: & rauca ſonare
Cornua: uibratiſq; peti faſtigia telis
Aſpicit. ii uigili muros ſtatione tueri:
Ii iunctis properant portus munire carinis:
Obſeſſa tamen ille ferus lætatur in urbe:
Exultatq; malis: ſummoq; a culmine turris
Impia uicini cernit certamina campi.
Vinctas ire nurus: hunc per uada cerula mergi
Seminecem: hunc ſubito percuſſum uulnere labi
Dum fugit: hūc animam portis ſpirare ſub iſſis:
Nec canos prodeſſe ſeni: pueriq; cruore
Maternos undare ſinus: immenſa uoluptas:
Et riſas plerumq; ſubit. dolor afficit unus:
Quod feriat non ipſe manu: uidet omnia late
Præceptis incēſa ſuis: & crimine tanto
Luxuriat: charumq; ſibi non abnegat hoſtem.
Iactabatq; ultro: quod ſoli caſtra patērent:
Sermonumq; foret uicibus permiſſa poteſtas:
Egregii quotiens exiſſet fœderis auctor
Stipatus ſociis: circumq; armenta clientum
Agmina priuatis ibant famulantia ſignis.
Ipſe inter medios: ne qua de parte relinquat
Barbariem: reuocat fuluas in pectore pelles:
Frenaq; & immanes pharetras: arcuſq; ſonoros
Aſſimilat: mentemq; palam teſtatur amictus.

Nec pudet aufonios currus: & iura regentem
Sumere: deformes ritus: uestemq; getarum:
Insignemq; habitum latii mutare togæq;
Mœrent captiua pellito iudice leges.
Quis populi tunc uultus erat? q̄ murmura furti?
Nā miseris nec flere quidē: aut lenire dolores
Colloquiis impune licet: quo nam usq; feremus
Exitiale iugum? duræ quis terminus unq;
Sortis erit: quis nos funesto turbine rerum:
Aut tantis soluet lachrymis? quos barbarus illic
Hinc Ruffinus agit: quibus arua: fretūq; negatur:
Magna quidē per rura lues: sed maior oberrat
Inter tecta timor. tandem succurre ruenti
Heu patriæ Stilico. dilecta hic pignora certe:
Hic domus? hic thalami: ppriū genitalibus oment
Hic tibi felices erexit regia thedas.
Vel solus sperate ueni. te praelia uiso
Languescent: auidiq; cadet dementia monstri.
Talibus urgetur discors aurora procellis.
At Stilico zephyris quum prima bruma remitti:
Et iuga diffusis nudari cœpta pruinis
Partibus italiæ tranquilla in pace locatis
Vtraq; castra mouens phœbi pperabat ad ortus
Gallica discretis: eoq; robora turmis
Complexus: nunq; tantæ ditione sub una
Conuenere manus: nec tot discrimina uocum.
Illic armenia: uibratis crinibus alæ
Feruida collectæ facili uelamina nodo.
Inde truces flauo comitantur uertice galli:
Quos rhodanus uelox: araris quos tardior abit.
Et quos nascentes explorat gurgite rhenus.
Quosq; rigat retro perniciosior unda garumnæ:
Oceani pleno quotiens impellitur æstu.
Mens eadem cūctis: animiq; recentia ponunt
Vulnera. non odit uictus: uictorie superbit.
Et quamuis præsens tumor: & ciuilia nuper

Classica: bellatrixq; etiam nunc ira caleret:
In ducis eximium conspirauere fauorem.
Haud aliter xerxem toto simul orbe sequutus
Narratur rapuisse uagos exercitus amnes:
Et telis umbrasse diem: quum classibus iret
Per scopulos: tectumq; pedes contēneret æquor:
Vix alpes transgressus erat: nec iā amplius errat
Barbarus: aduentumq; tremens: se cogit in unā
Planiciem: tutoq; includit pascua gyro.
Tum duplici fossa non exuperabile uallum
Asperat alternis sudibus: muriq; locatum
In spetiem: cæsis obtendit claustra iuuentis.
At procul ex sanguis Ruffinum perculit horror
Infecto pallore genæ. stetit ore gelato
Incertus peteret ne fugam: ueniam ne subactus
Posceret: an tantos sese transferret in hostes.
Quid nunc diuitie? quid fului uasta metalli
Congeries? quid purpureis effulta columnis
Atria? prolataeue iuuant ad sidera moles?
Audit iter: numeratq; dies. spacioq; uiarum
Metitur uitam. torquetur peste futura
Nec recipit somnos & sæpe cubilibus amēs
Excutitur: poenamq; luit formidine poenæ:
Sed redit in faciem: scelerumq; immane resumit
Ingenium: sacrasq; fores prediuitis aulæ
Intrat: & arcadium immixto terrore precatur:
Per fratris regale iubar: per facta parentis
Aetherei: floremq; tui te deprecor æui
Eripe me gladiis. liceat stiliconis iniquas
Euitare manus. in nostram gallia cœdem
Coniurata uenit. quicquid ligat ultima tethys
Extremos ultra uolitat gens si qua britannos
Mota mihi: tantis capiendi credimur armis:
Tot signis unum petitur caput: unde cruoris
Ista sitis? geminum Stilico sibi uendicat axem
Et nullum uult esse parem: succumbere poscit

Cuncta sibi regit italiam: libyamq; coerces.
Hispanis: gallisq; iubet non orbita solis
Non illum natura capit: quascumq; parauit:
Hic angustus opes & quas post bella recepit:
Solutus habet. possessa semel non reddere curat.
Scilicet ille quidem tranquilla pace fruatur?
Nos premat obsidio: quid partē inuadere tētat.
Deferat illyricos fines: eoa remittat
Agmina: fraternas ex æquo diuidat hastas:
Nec sceptri fueris tantum: sed militis heres.
Quod si dissimulas nostræ succurrere morti.
Nec prohibere paras: manes & sidera testor:
Hæc ceruix non sola cadet. miscebitur alter
Sanguis: nec stygias ferar icomitatus ad umbras.
Nec mea securus ridebit funera uictor.
Hic ubi dictatur facinus: missusq; repente
Qui ferat extortas inuito principe uoces.
Interea Stilico iam lætior hoste propinquo
Nec multo spaciū distantibus æquore uallis
Pugnandi cupidus accendit uoce cohortes:
Armeniis frons læua datur. per cornua gallos
Dexteriores locat: spumis ignescere frenas:
Pulueris extolli nimbos: lateq; uideres
Surgere purpureis undantes anguibus hastas:
Serpentumq; uago cælum sæuire uolatu.
Implet thessaliam ferri nitor: antraq; docti
Cornipedis: teneroq; amnis reptatus achilli:
Et nemus cæthæum radiat clamore niualis
Ossa tonat: pulsoq; fragor geminatur olympo.
Intumuit uirtus: & lucis prodigus arsit
Impetus: haut illos rupes: haut alta uetarent
Flumina: præcipiti strauissent omnia cursu.
Si tunc his animis acies collata fuisset:
Prodita non tantas uidisset græcia clades:
Oppida semoto pelopeia marte uigerent.
Starent arcadia: starent lacedæmonis arces

Non mare fumasset geminum flagrante corintho.
Nec fera cecropias traxissent uincula matres.
Illa dies potuit nostris imponere finem
Cladibus: & sceleris causas auferre futuri.
Inuida pro quantum rapuit fortuna triumphum.
Inter equos: interque tubas mandata feruntur
Regia: & armati ueniunt ductoris ad aures.
Obstupuit: simul ira uirum: simul obruit ingens
Mœror: & ignauo tantum licuisse nocenti
Miratur. dubios anceps sententia uoluit
Euentus: peragat pugnas: an fortia cœpta
Deferat. illyricis ard et succurrere damnis.
Præceptis obstare timet: reuerentia frangit
Virtutis stimulos: hic publica cōmoda suadent
Hinc metus inuidiæ. tandem indignatus ad astra
Extollit palmas: & ab imo pectore fatur.
Numina romanis nūdum faciata ruinis:
Si iuuat imperium penitus de stirpe reuelli.
Vno si placuit deleri sæcula lapsu.
Si piget humani generis: prorumpat in arua
Libertas effrena maris: uel limite nullo
Deuius errantes phaethon confundat habenas.
Quur per Ruffinum geritur. procubere mūdum
Hoc auctore pudet: mediis reuocamur ab armis:
Pro dolor: & strictos deponere cogimur enses.
Vos arsuræ urbes: perituraque mœnia testor.
Cædo equidē: & miserū permitto cladibus orbē.
Flectite signa duces: redeat iam miles eous
Parendū est: taceant litui. prohibete sagittas.
Parcite. contiguo Ruffinus præcipit hosti.
His dictis omnes una. omnes fremuere manipuli:
Quantū non italo percussa ceraunia fluctu.
Quantū non madidis illisa tonitrua coris:
Secernique negant ereptaque prælia poscunt.
Insignemque ducem populus defendit uterque:

Et sibi quisq; trahit: magno certatur amore:
Alternantq; fidem: non illaudata laceffit
Seditio: taliq; simul clamore mouentur.
Quis mihi nudatos enses? quis tela lacertis
Excudit? & solui curuatos imperat arcus?
Quis nam audet stricto leges imponere ferro?
Inflamata semel nescit mitescere uirtus.
Iam iam barbaricos sitientia pila cruores
Sponte uolant: ultrixq; manus mucrone furente
Ducitur: & siccum gladium uagina recusat.
Nun patiar? semper ne gethis discordia nostra
Proderit? en iterum belli ciuilis imago:
Quid consanguineas acies? quid diuidis olim
Concordes aquilas? non dissociabile corpus:
Coniunctuq; sumus. te quo libet ire sequemur:
Te uel hiperboreo damnatam fidere thulen:
Te uel ad incensas libyæ comitabor harenas:
Indorum si stagna petas: rubriq; recessus
Littoris: auriferum ueniam poturus hidaspem.
Si calcare notum: secretaq; littora nili
Nascentis iubeas: mūdum post terga relinquam:
Et quocūq; loco Stilico tentoria figet:
Hic patria est: dux inde uetat: desistite quæso:
Atq; auidam differte manum. cadat iste minacis
Inuidiæ cumulus. nō est uictoria tanti:
Vt uidear uicisse mihi: uos fida inuentus
Ite mei quondam socii. nec plura locutus
Flexit iter. uacuo qualis discedit hiatu
Impatiens remeare leo: quem plurima cuspis:
Et pastorales pepulerunt igne cateruæ:
Inclinatq; iubas: demissaq; lumina uelat:
Et trepidas mœsto rimatur murmure syluas:
Vt sese legio uidit disiuncta relinqui:
Ingentem tollit gemitum: galeasq; solutis
Humectat lachrimis: pressamq; morātia uocem
Thoracum ualidos pulsant suspiria nexus:

Tradimur heu: tantūq; sequi phibemur amorem
Exclamant: tradis ne tuas dux optime dextras?
Quas tibi uictrices totiens bellona probauit.
Nos a deo uiles? adeo foelicior axis
Hesperius? meruit qui te rectore teneri?
Quid nobis patriam? quid chara reuifere tandē
Pignora? dilectosue iuuat coluisse penates?
Te sine dulce nihil iam formidata tyranni
Tempeftas fubeunda mihi: qui forte nefandas
Iam parat infidias: qui nos aut turpibus hūnis:
Aut implacatis famulos præftabit alanis
Quāq; non adeo robur defecerit omne:
Tanta ne gestandi fuerit penuria ferri.
Tu licet occiduo maneat sub cardine folis:
Tu mihi dux femper Stilico: noſtrāq; uel abſens
Experire fidem dabitur tibi debita pridem
Victima: promiſſis longe placabere ſacris.
Triftior æmoniis miles progreſſus ab oris
Tangebatur macedum fines: murosq; ſubibat
Theſſalonica tuos. ſenſu dolor hæret in alto
Abditus: & tacitas uindictæ præſtruit iras:
Spectaturq; fauens odiis locus: aptaq; leto.
Tempora: nec quiſquam tanta de plebe repertus
Proderet incautis qui corda minantia uerbis
Quæ non poſteritas: quæ non mirabitur ætas
Tanti conſilium uulgi potuiſſe taceri?
Aut facinus tam grande tegi: mentiq; calorem
Non ſermone uiæ. non inter pocula rumpi?
Aequalis tantam tenuit conſtantia turbam:
Et fuit arcanum populo. percurritur Hebrus.
Deſeritur Rhodope: Thracūq; per ardua tendūt:
Donec ad Herculei peruentum nominis urbem.
Vt ceſſiſſe ducem: propius ueniſſe cohortes
Cognita Ruſſino: magna ceruice triumphat
Omnia tuta ratus: ſceptrumq; capeſcere feruet:
Et coniuratos hortatur uoce clientes

Vicinus: expulimus: facilis iam copia regni
Nullus ab hoste timor: quis enī quē uincere solū
Horrui? hunc tanto munitū milite tūcat?
Quis ferat armatum? quē nō superauit inermē?
I: nunc exitium nobis meditare remotus
In cassum Stilico. dum nos longissima tellus
Diuidat: & mediis nereus interstrepit tūdis:
Alpinas transire tibi me sospite rupes
Haud dabitur: iaculis illic me figere tenta.
Quære ferox ensē qui nostra ad mœnia tendi
Possit ab italia: non te monumenta priorum:
Non exempla uetant: quis nam conatus adire
Has iactat uita sse manus. detrusimus orbe
Te medio: tantisq; simul spoliauimus armis.
Nunc epulas tempus: socii: nunc larga parate
Munera: donandumq; nouis legionibus aurum.
Opportuna meis oritur lux crastina uotis.
Quod nolit rex ipse uelit: iubeatq; coactus
In partem mihi regna dari. contingat in uno
Priuati fugisse modum: crimenq; tyranni:
Talibus acclamat dictis infame nocentum
Concilium: qui perpetuis creuere rapinis:
Et quos una facit Rufino causa sodales
Illicitum duxisse nihil: delicta fuere
Nexus amiciciæ: iam iam connubia læti
Despondent aliena sibi: frustra q; uicissim
Promittūt quas quisq; petat: quas deuoret urbes.
Cæperat humanos, alto sopire labores
Nox gremio. pigra q; sopor diffuderat alas.
Ille diu curis animum stimulantibus æger
Labitur in somnos: uix toto corde quierat:
Ecce uidet diras alludere protinus umbras
Quas dedit ipse neci: quarū quæ clarior una
Visa loqui: pro surge toro: quid plurima uoluis
Anxius? hæc requiem rebus: finemque labori
Allatura dies: omni iam plebe redibis

Altior: & lati manibus portabere ungi.
Has canit ambages. occulto fallitur ille
Omne: nec capitis fixi præfagia sensit.
Iam summum radiis stringebat lucifer hemum:
Festinaq; rotam solito præperantior urget.
Tandem Ruffini uisurus funera titan
Prosiluit stratis: densæq; capacia turbæ
Atria regifico iussit splendere paratu
Exceptura dapes: & quod post uota daretur
Inscribi propriis aurum fatale figuris.
Ipse salutatum reduces post prælia turmas
Iam regale tumens: & principe celsior ibat:
Collaq; foemineo gestabat mollia gestu
Imperii certus: tegeret ceu purpura nundum
Corpus: & ambirent ardentes tempora gemmæ.
Vrbis ab angusto tractu: quæ uergit in austrum:
Planicies uicina patet: nam cætera pontus
Circuit. exiguu dirimi se tramite passus.
Hic ultrix acies ornatu fulgida ferri
Explicuit cuneos. pedites in parte sinistra
Consistunt. equites illinc poscentia cursum
Ora reluctantur præssis sedare lupatis.
Hic alii sæuim cristato uertice nutant:
Et tremulos humeris gaudent uibrare colores:
Quos operit. formatq; chalybs cōiuncta per artē
Flexilis inductis hamatur lamina membris
(Horribilis uisu) credas simulacra moueri
Ferreæ: cognatoq; uiros spirare metallo:
Par uestitus equis: ferrata fronte minantur:
Ferratosq; mouent securi uulneris armis:
Et iussu stat quisq; loco: metuenda uoluptas
Cernenti: pulcherq; timor: spirisq; remissis
Mansuescunt uarii uento cessante dracones.
Augustus ueneranda prior uexilla salutat:
Ruffinus sequitur: qui fallere cūcta sollebat
Callidus affatu: deuotaq; brachia laudat

Nomine quēq; uocans notosq; patresq; reuersis
Nunciat incolumes: illi dum plurima ficto
Certatim sermone petunt: intendere longos
A tergo amplexus: insperatoq; suprema
Circuitu sociare parant. decrefcere campus
Incipit & clipeis in se redeuntia iunctis
Curuo paulatim sinuantur cornua ductu.
Sic ligat immensa uirides indagine syluas
Venator: sic attonitos ad littora pisces
Aequoreus populator agit: rarosq; plagarum
Contrahit anfractus: & hiantes colligit oras
Excludunt alios: cingi se feruidus ille
Nescit adhuc: grauitaq; aprensa ueste morantem
Increpat angustum: scandat sublime tribunal
Participem sceptri: socium declaret honoris:
Quū subito stringunt gladios: uox desuper ingēs
Infremuit: nobis etiam deterrime nobis
Sperasti famulas imponere posse catenas?
Vnde redi nescis? patiar ne audire satelles?
Qui leges aliis: libertatemq; reduxi?
Bis domitum ciuile nefas: bis rupimus alpes.
Tot nos bella docent nulli seruire tyranno.
Dirrigit. spes nulla fugæ: seges undiq; ferri
Circumfusa micat: dextra leuaq; reuinctus
Hæsit: & ensiferæ stupuit mucrone coronæ
Vt fera: quæ montes nuper dimisit auitos:
Altorumq; exul nemorum: damnatur harenæ
Muneribus cōmota ruit. uir murmure cōtra
Hortatur: nixusq; genu uenabula tendit.
Illa pauet strepitus: cuneosq; erecta theatri
Despicit: & tanti miratur sibila uulgi.
Vnus per medios audendi pronior ense
Profilit erecto: dictisq; & uulnere toruus
Appetit. hac Stilico: quem iactas pellere dextras:
Te ferit: hoc absens inuadit uiscera ferro.
Sic fatus. meritoq; latus transuerberat ictu.

Foelix illa manus: talem quæ prima cruorena
Hauferit: & fessâ poenam librauerit orbis.
Mox omnes fodiunt hastis: artusque tremantes
Dilaniant: uno tot corpore pila tepefcent:
Et non infecto puduit mucrone reuerti:
Hi uultus auidos: & adhuc spirantia uellunt
Lumina. truncatos alii rapuere lacertos
Amputat ille pedes. humerum quatit ille solutis
Nexibus. hic fracti referat curuamina dorsi.
Hic iecur. hic cordis fibras: hic pandit anhelas
Pulmonis latebras. spacium non inuenit iras.
Nec locus est odiis: confupto funere uix tum
Deseritur: sparsumque perit per tela cadatier.
Sic mons aonius rubuit quum Penthea ferrent
Mœnades: aut subito mutatû aetœona cornu
Traderet infans Latonia uirgo molossis.
Criminibus ne tuis credis fortuna mederi?
Et male donatû speras æquare fauorem
Suppliciis: una tot milia morte rependis?
Euersis age dū Ruffinû diuide terris
Da caput othrisiis: trûcû mereantur achiui
Quid reliquis dabitur? nec singula mēbra pēptis
Sufficiūt populis: uacuo plebs undique muro
Iam secuta ruit. senibus non obstitit ætas:
Virginibusue pudor: uiduæ: quibus ille maritos
Abstulit: orbatæque ruūt ad gaudia matres:
Insultantque alacres laceros iuuat ire per artus:
Pressaque calcato uestigia sanguine tingi.
Nec minus assiduis certant illudere saxis
Prodigiale caput: quod iam de cuspide summa
Nutabat digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera quin etiam ludo concessa uagatur
Aera petens: pœnasque animi persoluit auari
Terribili lucro: uiuosque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere neruis.

Definat elatis quisq̃ confidere rebus
Instabilesq; deos: ac lubrica numina discat.
Illa manus quæ sceptrâ sibi gestâda parabat
Cuius se totiens submisit ad oscula supplex
Nobilitas: inhumata diu: miseroq; reuulsa
Corpore: feralem quæstum post fata poposcit:
Aspiciat ne quis nimiû sublata secûdis
Colla gerat: triuiis calcandus spargitur ecce
Qui sibi pyramidas: qui non cædentia templis
Ornatura suos extruxit culmina manes:
Et qui sydonio uelari credidit ostro :
Nudus pascit atres. iacet en qui possidet orbem
Exiguæ telluris inops: & puluere raro
Per partes tegitur: nusq̃ totiensq; sepultus.
Senserût conuexa necem: tellusque nefandû
Emolitur onus. iam respirantibus astris
Infernos grauat ūbra lacus. pater Aeacus horret:
Intrâtemq; etiam latratu Cerberus urget.
Tûc animæ: quas ille fero sub iure peremit:
Circûstant: nigriq; trahût ad iudicis urnam
Infesto fremitu. ueluti pastoris in ora
Cômotæ glomerantur apes: qui dulcia raptu
Mella trahit: pēnasq; cient: & spicula tendunt:
Et tenuis faxi per propugnacula cinctæ
Rimosam patriam: dilectaq; pumicis antra
Defendût: pronosq; fauos examine uelant.
Est locus infauis: quo conciliatur in unum
Cocytus flegetonq; uadis: in amœnus iterq;
Alueus: hic uoluit lachrimas. hic igne redûdat
Turris per geminos flammis uicinior amnes
Porrigitur solidoq; rigens adamâte: sinistro
Proluit igne latus. dextra cocytia fûdit
Aequora: triste gemens: & flectu cōcita plangit.
Huc post emeritam mortalia sæcula uitam
Deueniunt: ubi nulla manent discrimina fati:

Nullus honor: uanoq; exutum nomine regem
Perturbat plebeius egens: quæsit in alto
Conspicius folio pertemptat crimina Minos:
Et iustis dirimit fontes: quos nolle fateri
Viderit ad mala mox trāsmittit uerbera fratris:
Nā iuxta Rhadamanthus agit congesta superni
Curriculi. totosq; diu prospexerit actus
Exæquat damnum meritis: & muta ferarum
Cogit uincla pati: truculentos ingerit urfis:
Prædoneq; lupis: fallaces uulpibus addit.
At qui desidia semper: uinoq; grauatus
Indulgens ueneri uoluit torpescere luxu:
Hunc suis immūdæ pingues detrudit in artus.
Qui iusto plus esse loquax: arcanaq; suevit
Prodere: piscosus fertur uicturus in undas:
Ut nimiam pensent æterna silentia uocem.
Quos ubi per uarios annos: per mille figuras
Egit lethæo purgatos flumine: tandem
Rursus ad humanæ reuocat primordia formæ.
Tum quoq; dum lites stygiiq; negocia soluit
Dura fori: ueteresq; reos ex ordine quærit.
Ruffinum procul esse notat: uisusq; seuerio
Lustrat. & eximia concussus sede profatur.
Huc superum labes: huc infaciabilis auri
Proluuias: præcioq; nihil non ausu parato:
Quodq; mihi summū scelus est: huc i probe legū
Venditor: arctoi stimulator perfide martis:
Quo uis ob innumeras strages angustus auerni
Iam sinus: & plena lassatur portitor alno.
Quid demens manifesta negas? en pectus iniustæ
Deformant maculæ: uiciisq; inoleuit imago:
Nec sese cōmissa tegunt: genus omne dolorum
Inte ferre lubet. dubio tibi pendula rupes
Immineat lapsu. uolucer te torqueat axis.
Te refugi fallant latices: atq; ore natanti
Arescat decepta sitis: dapibusq; relictis

In tua mansurus migret præcordia uultur.
Quãq̃ omnes alii quos hæc tormenta fatigant
Pars quota sint ruffine tui. quid tale peraudax
Fulmine salmoneus: uel lingua tantalus egit?
Aut inconcesso tyrius deliquit amore?
Cunctorum si facta simul iungatur in unum
Præcedes numero. quo tanta piacula quisq̃
Supplicio conferre ualeat? quid deniq; dignum
Omnibus inueniã? uincât quom singula pœnas.
Tollite de mediis animarum dedecus umbris
Aspexisse fat est: oculis iam parcite nostris
Et ditis purgate domos. agitate flagellis
Trans styga: trãs herebum: uacuo mādare baratro
Infra titanum tenebras: infraq; recessus
Tartareos: nostrumq; chaos: quo ditis opaci
Fûdamenta latent: penitusq; ubi mersus anhelet.
Dum rotat astra polus: feriunt dũ littora uenti.

PROLOGVS CLAUDIANI IN LIBRVM
DE BELLO GILDONICO.

P ANDITE DEFENSVM REDV/
CES HELICONA sorores:
PANDITE. PERMISSIS IAM LI-
CET IRE CHORIS

Nulla per aonios hostilis bucina campos
Carmina mugitu deteriore uetat.
Tu quoq; securis pulsa formidine delphis
Floribus ultorem delie cinge tuum.
Nullus castalios latices: & præscia facti
Flumina polluto barbarus ore bibet.
Alpheus late rubuit: siculumq; per æquor
Sanguineas belli rettulit unda notas.
Agnouitq; nouos absens Arethusa triumphos
Gildonis sensit teste cruore necem.
Immensis Stilico succedant ocia curis:

Et nostræ patiens corda remitte lyra.
Nec pudeat longos interrupisse labores.
Et tenuem musis constituisse moram.
Fertur & indomitus tādē post prælia maior:
Lassa per othrisias fundere membra niues.
Oblitusq; sui posita clementior hasta
Pieriis aures pacificare modis.

CLAVDIANI LIBER DE BELLO GILDO
NICO INCIPIT.

R EDDITVS IMPERIIS AVSTER
SVBIECTAq; RVRSVS
ALTERIVS CONVEXA POLI RE
CTORE SVB VNO

Conspirant gemini frenis communibus orbes.
Iunximus europam libyæ: concordia fratrum
Plena redit patriis: quod solum defuit: aruis.
Tertius occubuit nati uirtute tyrānus.
Horret adhuc animus: manifesta q; gaudia differt:
Dū stupet: & tanto cūctatur credere uoto.
Nec dū cinyphias exercitus attingit oras.
Iam domitus Gildon nullis uictoria nodis
Hæsit: non spatio terræ: non obice ponti
Congressum: profugum: captum uox nūciat una:
Rumoremq; sui præuenit laurea belli.
Quo (precor) hæc effecta deo? robusta uetusq;
Tempore tam paruo potuit dementia uinci:
Quem ueniens induxit hyems: uer perculit hostē.
Exitū iam roma timens: & fessa negatis
Frugibus: ad rapidi limen tendebat olympi
Non solito uultu: nec qualis iura britannis
Diuidit: aut trepidos submittit fascibus indos.
Vox tenuis: tardiq; gradus: oculiq; iacentes
Interius fugere genæ. ieiuna lacertos
Excedit macies: humeris uix sustinet ægris

Squalentem clipeum laxata casside prodit
Caniciem: plenâq; trahit rubiginis hastam.
Attigit ut tandem cœlum: genibusq; tonantis
Procubuit: talesq; orditur mœsta querellas.
Si mea mansuris meruerunt mœnia nasci
Iuppiter auguriis: si stant immota sibyllæ
Carmina: tarpeias si nec dū despicias arces:
Aduenio supplex: non ut proculcet oaxem
Consul ouās: nīq; premant pharetrata secures
Susa: nec in rubris aquilas figamus harenis.
Hæc uobis: hæc ante dabas: nunc pabula tātum
Roma precor: miserere tuæ pater optime gentis.
Extremam defende famem: faciauius iram:
Si qua fuit: lugenda getis: & flenda sueuis
Hauimus: ipsa meos horreret parthia casus.
Quid referā morbiue luem? tumulosue repletos
Stragibus? & crebras corrupto sidere mortes?
An fluuium per tecta uagum? summisq; minātem
Collibus? ingentes uexi submersa carinas:
Remorumq; sonos: & pyrrhæ sæcula sensi.
Hei mihi: quo latæ uires? orbisq; potestas
Decidit? in qualem paulatim fluximus umbram?
Armatis condam populis: patrumq; uigebam
Consiliis: domui terras: hominesq; reuinxī
Legibus: ad solem uictrix utrunq; cucurri.
Postq̃ iura ferox in se cōmunia cæsar
Transtulit: elapsi mores: defuetaq; priscis
Artibus: in gremium pacis seruire recessi
Tot mihi pro meritis libyam: nilumq; dedere:
Vt dominam, plebem: bellatoremq; senatum
Classibus æstiuis alerent: geminoq; uicissim
Littore diuersi cōpleret horrea uenti.
Stabat certa salus: memphis si forte negasset
Pensabam pharium getulis messibus annum
Frugiferas certa sse rates: lateq; uidebam
Punica niliacis concurrere carbasa uelis:

Quum subito par roma mihi diuisaq; sumpsit
Aequales aurora togas: ægyptia rura
In partem cessere nouam. spes unica nobis
Restabat libyæ: quæ uix ægreq; fouebat
Solo ducta noto: nunq; secura futuri
Semper inops uentiq; fidem poscebat & anni.
Hæc quoq; nunc Gildo rapuit sub fine cadentis
Autumni: puido metimur cerula uoto.
Puppis si qua uenit: si quid fortasse potenti
Vel pudor extorsit domino: uel præda reliquit:
Pascimur arbitrio mauri: nec debita reddi:
Sed sua cõcedi iactat: gaudetq; diurnos
Vt famulæ præbere cibos: uitamq; famemq;
Librat barbarico fastu: uulgiq; superbit
Fletibus: & tantæ suspendit fata ruinæ:
Romuleas uēdit segetes: & possidet arua
Vulneribus quæsitæ meis: ideo ne tot annos
Flebile cum tumida bellum carthagine gessi:
Iccirco uoluit contenta luce reuerti
Regulus: hæc damnis genitor cānensibus egi
In cassum totiēs lituis naualibus arsit
Hispanum siculumq; fretum: uastataq; tellus:
Totq; duces cæsi: ruptaq; emissus ab alpe
Pœnus: & attonitæ iam p̄ximus Hānibal urbē
Scilicet ut domitis frueretur barbarus afris:
Muro sustinui martem: noctesq; cruentas
Collina pro turre tuli gildonis ad usum
Carthago ter uicta ruit. hæc mille gementis
Italiæ clades. impensa; sæcula bellis:
Hoc fabius: fortisq; simul marcellus agebant:
Vt gildo cumularet opes: haurire uenera
Compulimus dirū siphacem: fractumq; metello
Traximus immanem marii sub uicla iugurthā.
Et numidæ gildonis erunt: pro funera tanta
Pro dolor in bochi regnum sudauit uterq;
Scipio: romano uicistis sanguine mauri.

Ille diu milles populus. qui prefuit orbi:
Qui trabeas: & sceptrā dabat: quē sēper in armis
Horribilem gentes: placidum sensere subactæ
Nunc inhonorus egens: prefert miserabile pacis
Supplicium: nulloq; palam circumdatus hoste:
Obsessi discrimen habet. per singula letum
Impendet momenta mihi: dubitandaq; pauci
Præscribunt alimenta dies: heu prospera fata:
Quid mihi septēnos montes: turbamq; dedisti:
Quæ paruo non posset ali. foelicior essem
Angustis opibus: mallem tollerare sabinos
Et ueios. breuior duxi sæcurius æuum.
Ipsa nocet moles: utinam remeare liceret
Ad ueteres fines: & mœnia pauperis anci.
Sufficerent hetrusca mihi: campanaq; culta:
Et quinti: curiūq; seges patriæque potenti
Rusticus: & proprias ferret dictator aristas:
Nunc quid agam? libyam gildo tenet: altera nilū.
Ast ego quæ terras humeris: pontumq; subegi:
Deferor. emeritæ iam premia nulla senectæ.
Dii: quibus iratis creui: succurrite tandem:
Exorate patrem. tuq; o si sponte per altum
Vestā palatinis mutasti collibus idam:
Prelatoq; lauas phrygios almone leones
Maternis precibus natum iam flecte cybelle:
Sin prohibent parca: falsisq; elusa uetustas
Auspiciis: alio saltem prosternite casu:
Et pœnæ mutate genus. Por senna reducat
Tarquinius: renouet ferales allia cædes.
Me potius sæui manibus posternite pyrrhi:
Me senonum furiis brewni me reddite flammis
Cuncta fame leuiora mihi. Sic fata refusis
Obticuit lachrimis mater cytherea parensq;
Flet mauors: sanctæq; memor tritonia uestæ.
Nec sicco cybele: nec stabat lumine iuno.
Mœrent indigetes: & si quos roma recepit:

Aut dedit ipsa deos. genitor iam corde remitti
Cœperat: & sacrum dextra sedare tumultum:
Quum procul insanis quatiens ululatibus axem:
Et contusa genas: mediis apparet in astris
Africa. rescisæ uestes: & spicea sparsim
Serta iacent: lacero crinales uertice dentes:
Et fractum pendebat ebur: taliq; superbas
Irrupit clamore fores. Quid magne moraris
Iuppiter: auulso nexu: pelagiq; solutis
Legibus: iratum populis immittere fratrem?
Mergi prima peto. ueniant prærupta pachyno
Aequora. lassatis subsidant syrtibus urbes.
Si mihi gildonem nequeunt abducere fata.
Me rape gildoni. foelicior illa perustæ
Pars libyæ: nimio quæ se munita calore
Defendat: tantiq; uacat secura tyrâni.
Crescat zona rubens. medius flagrantis olympi
Mè quoq; limes agat: melius deserta iacebo
Vomeris impatiens: pulsus dominantur aratris
Dypsades: & sitiens attollat gleba cerastas.
Quid me temperies iuuat? quid mitior æther?
Gildoni fœcunda fui: iam solis habenæ
Bissenas torquêt hyemes ceruicibus: ex quo
Hæret triste iugum nostris iam luctibus ille
Consenuit: regnumque sibi tot uendicat annis.
Atque utinam regnum: priuato iure tenemur
Exigui spetie fundi: quod nilus & athlas
Dissidet occiduus quod gadibus arida barce
Quodq; paretonio secedit littore ganges
Hoc sibi transcribit proprium. pars tertia mundi
Vnius prædonis ager. distantibus idem.
Inter se uitii cinctus quodcûque profunda
Traxit auaricia: luxu peiore refundit.
Instat terribilis uiuis: morientibus heres:
Virginibus raptor. thalamis obscœnus adulter.
Nulla quies oritur præda cessante libido

Ditibusq; dies: & nox metuenda maritis.
Quisquis uel locuplex: pulchra uel coninge notus
Crimine pulsatur falso: si crimina defunt
Accitus cuius perit: mors nulla refugit
Artificem: uarios succos: spumasq; requirit
Serpentum uirides: & adhuc ignota nouercis
Gramina: si quisq; uultu præsencia damnet
Liberiusue gemit: dapibus crudelis in ipsis
Emicat ad nutum stricto mucrone minister.
Fixus quisq; toro tacita formidine libat
Carnifices epulas: incertaq; pocula pallens
Haurit: & intentos capiti circumspicit enses:
Splendet tartareo furialis mensa paratu
Cæde madens: atrox gladio suspecta ueneno
Ut uino calefacta uenus: tum sæuior ardet
Luxuries: mixtis redolent unguenta coronis
Crinitos inter famulos. pubēq; canoram
Orbatas iubet ire nurus: nuperq; peremptis
Arridere uiris: phalarim tormētaq; flammæ
Profuit: & siculi mugitus ferre iuueni:
Quam tales audire choros: nec damna pudoris
Turpia sufficiunt: mauris clarissima quæque
Fastidita datur: media carthagine ductæ.
Barbara sydoniæ subeunt conubia matres
Aethiopem nobis generum: nasamona maritū
Ingerit: exterret canabula discolor infans:
His fretus sociis ipso iam principe maior
Incedit. peditum præcurrunt agmina longe.
Circundāt equitum turmæ: regesq; clientes:
Quos nostris: ditat spoliis. perturbat auita
Quæque domo: ueteres detrudit rure colonos.
Exiliis dispersa feror. nūq; ne reuerti
Fas erit? errantesq; solo iam reddere ciues?
Irret adhuc in uerba dolor: nisi iuppiter alto
Cœpisset solio: uoces adamante notabat
Atropos: & lachesis iungebat flamina dictis.

Nec te roma diu: nec te patiemur inultam
Africa cōmunem prosternet honoris hostem.
Pergite securæ uestrum uis nulla tenorem
Seperat: & soli famulabitur africa romæ.
Dixit: & afflauit romam meliore iuuenta.
Continuo redit ille uigor: seniiq; colorem
Mutauere comæ. solidatam crista resurgens
Erexit galeam: clipei; recanduit orbis.
Et leuis excussa micuit rubigine conus.
Humentes iam noctis equos lethæaq; somnus
Fræna regens: tacito uoluebat sidera cursu.
Iam duo diuorum procures: maiorq; minor q;
Theodosi pacem laturo gentibus ibant:
Qui iouis arcanos monitus: mandataq; ferrent
Fratribus: & geminis sancirent fœdera regnis.
Sic cū præcipites arcem uicere procellæ:
Assiduoq; gemens undarum uerberere nutat
Descensurâ ratis: cæca sub nocte uocari
Naufraga ledæi sustentant uela lacones.
Circulus ut patuit lunæ: secuere meatus
Diuersos: itales senior tendebat ad oras:
At pater intrantem pontum. qua bosporus arctat
Arcadii thalamis: ubiq; illapsus eoræ:
Quem simul ut uidit natus (nam clara nitebat
Cynthia) permixto tremuerunt gaudia fletu
Complexuq; fouens quos non sperauerat artus.
O mihi post alpes: nunc primū reddite dixit
Vnde tuis optatus ades? da tangere dextram:
Qua gentes cecideræ feræ. quis tale remouit
Præsidium terris? ut te mortalia pridem
Implorant: lugentq; pium: fortemq; requirunt.
Cui pater in tales rupit suspiria uoces
Hoc erat in fratres? medio discordia mauro
Nascitur? & mundus: germanaq; dissidet aula?
Gildonis ne salus tanti sit causa furoris?
Scilicet egregius morum magniq; timendus:

Et cuius meritis pietas in fratre recedat?
In primo genitore uide: ciuile calebat
Dissidium. dubio stabant romana sub ictu.
Quis procul armenius? uel quis mæotide ripa
Rex ignotus agit: qui non me iuuat euntem?
Auxilio fauere getæ: uenere geloni.
Solutus adhuc non puppe data: non milite missio
Subsedit fluitante fide: si signa petisset
Obuia detecto summissus hoste: dolorem.
Restitit in speculis fati: turbaq; reductus
Librauit geminas euentu iudice uires:
Ad rerum momenta cliens: seseq; daturus
Victori: fortuna simul cū morte pependit.
Et si non cupidus essem præruptus ab astris:
Exemplum sequerer tullii: laniandaq; dumis
Impia diuersis aptarem mēbra quadrigis.
Germani nunc usque tui responsa colebat
En iterum calcat. tali te credere monstro
Post patrem: fratremq; paras? sed magna repēdit:
Inq; tuam sortem numerosas transtulit urbes.
Ergo fas precio? cedet? mercede placebit
Proditio? taceo læsi q; transfuga fratris
Quod leuis ingenio: quāuis discrimine summo
Proditor apportet suspensa morte salutem.
Nunq; gratus erit. damnamus luce reperta
Perfidiam: nec nos patimur committere tali
Hoc genus emptori ciues cū mœnibus offert.
Hic uendit patriam: pleriq; in tempus abusi
Mox odere tamen. tenuit sic graia Philippus
Oppida: pellæo libertas concidit auro.
Romani scelerum semper spreuere ministros.
Noxia pollicitum domino miscere uenena
Frabricius regi nudata fraude remissit:
Infesto quē Marte petit bellumq; negauit
Per famuli patrare nephas: ductosque camillus
Trans murum pueros obsessæ reddidit urbi.

Traduntur poenis alii quum praelia soluant:
Hic maneat: ut moueat: quod respuit alter in hostem:
Suscipis in fratrem: longi pro dedecus xui
Cui placet australes Gildo condonat habenas:
Tantaque mutatos sequitur prouincia mores:
Quaslibet ad partes animum mutauerit anceps:
Transfundit libyam secum: refluumque malignus
Comodat imperium. mauri fuit affrica munus.
Tollite massilas fraudes. remouete bilingues
Insidias: & uerba soli spirantia uirus:
Nec consanguineis certetur cominus armis.
Hæc procor hæc trucibus tebis: hec digna mycænis
In mauros hoc crimen eat: quid noster iniquum
Molitur Stilico? quando non ille iubenti
Paruit? an quisque nodis deuinctior extat?
Ut sileam uarios: quos mecum gesserit: actus:
Quæ uidi post fata loquar: quum diuus abirem:
Res incopositas fateor: tumidasque reliqui.
Stringebat uetitos etiamnum exercitus enses
Alpinis odiis: alternataque iurgia uicti:
Victoresque dabat: uix hæc amentia nostris
Excubiis: ne dum puero rectore quiesceret.
Heu quantum timui uobis quod libera tanti
Militis auderet moles: quum cæca remoto
Feruere tam lata metu: dissensus arcerbus:
Et grauior consensus erat. tunc ipse paterna
Successit pietate mihi: tenerumque rudemque
Fouit: & in ueros eduxit principis annos:
Ruffinumque tibi: quem tu tremuisse fateris:
Depulit. hinc solum memorem solumque fidelem
Experior: uolui si quid dum uita materet
Aut uisus uoluisse gerit: uenerabilis illi
Ceu præsens numenque uocor. Si tanta recusas
At soceri reuerere faces: aut respice fratris
Connubium: pignusque meæ regale serenæ
Debueras etiam fraternis obuius ire

Hostibus ille tuis: quæ gens: quæ rhenus: & hister
 Vos conspirantes opibus: uictosque tulisset?
 Sed tantum permitte: cadat: nil poscimus ultra.
 Ille licet sese prætentis syrtibus armet.
 Oppositoque atlante tegat: licet arua referta
 Anguibus: & solis medios obiecerit æstus.
 Noui cōsiliū: noui Stiliconis in omne
 Aequalem casus animum: penetrabit arenas:
 Inueniet uirtute uiam: sic diuus. & inde
 Sic natus: iussis genitor parebitur ultro.
 Amplector præcepta libens: nec charior alter
 Cognato Stilicone mihi cōmissa prophanus
 Ille luat: redeat iam tutior africa fratri.
 Talia dū longo secum sermone uolutant:
 Hesperiam peruenit auus: castumque cubile
 Ingreditur: tyrio quo fusus honorius ostro
 Carpebat teneros maria cum cōiuge somnos:
 Assistit capiti. tunc sic per somnia fatur:
 Tanta ne deuictos tenuit fiducia mauros
 Chære nepos? iterum post me cōiurat in arma
 Progenies uesana iubæ: bellumque resumat
 Victoris cū stripe sui: firmum ne iacentem
 Obliti? libyam nostro sudore receptam
 Rursus habet: ausus latio contendere gildo?
 Germani ne fata timet? non ire profecto
 Nunc uellem: notosque senex offendere uultus
 Nonne meam fugiet maurus quū uiderit ūbrā?
 Quid dubitas? exurge toris inuade rebelles
 Captiuum mihi redde meū: desiste morari
 Hoc generi fatale tuo: dū sanguis in orbe
 Noster erit semper pallebit regia boci:
 Iungatur spoliis firmi gildonis opima
 Exornet geminos maurusia laurea currus:
 Vna domus totiens una de gente triumphet.
 Dii beneque tantis inter labentibus annis
 Seruati: firmusque mihi: fraterque nepoti

Dixit: & afflatus uicino sole refugit:
At iuuenem stimulis in manibus æmula uirtus
Exacuit: iam puppe uehi: iam stagna secare
Feruet: & absentes inuadere cuspide mauros.
Tunc iubet acciri socerum: dextramq; uocato
Conferit: & quæ sit potior sententia quærit.
Per somnos mihi sancte pater iam sæpe futura
Panduntur: multæq; canūt præfagia noctes.
Namq; procul libycos uenatu cingere saltus:
Et iuga rimari canibus getula uidebar.
Mœrebat regio sæui uastata leonis
Incurfu: pecudū strages: passimq; iuueni
Semineces: & adhuc infecta mapalia tabo
Sparsaque sanguineis pastorum funera cāpis.
Aggredior latebras monstri: nixūq; relatu
Conspicio: dilapsus honos. ceruice minaces
Defluxere iubæ. fractosq; inglorius armos
Suppositis seruire gemens: iniectaq; uincta
Vnguibus: & subitæ collo sonuere catenæ.
Nunc etiam paribus secum certare trophæis
Hortator me cogit auus. quo nam usq; remoti
Cunctamur? decuit pridem complere biremes:
Et pelagi superare moras: transmittere primus
Ipse paro: quocūq; meo gens barbara nutu
Stringitur: adueniat germania tota feratur
Nauibus: & socia comitentur classe sicambri.
Pallida translatum iam sentiat africa rhenum.
An patiar tot pbra sedēs? iuuenisq; relinquā
Quæ tenuit: texiq; puer. bis noster ad alpes
Vltius genitor defensum regna cucurrit
Nos prædo faciles insultantique iacemus
Finierat. Stilico quōi contra talia reddit.
Aduersi ne tubam princeps dignabere mauri?
Afferet ignauus clari solatia leti?
Te bellante mori: decurret honorius inde:
Hinc Gildo. post astra chaos miscebit auerno.

Vindictam mandasse sat est. plus nominis horror
Quam tuus ensis agei. minuunt præsentia famā.
Qui stetit: æquatur campo: collataq; nescit
Maiestatem acies. sed quod magis utile facto:
Atq; hosti grauius (sensus aduerte) docebo.
Est illi patribus: sed non & moribus isdem
Macezer fugiens: qui dira piacula fratris:
Spesq; suas: uitamq; tuo commisit asyllo:
Hunc ubi tentatis frustra mactare nequiuit
Insidiis: patrias in pignora cōtulit iras:
Quosq; manu pueros paruos gestauerat una:
Occidit iuuenes: inhumataq; corpora uulgo
Dispulit: & tumulo cognatas arcuit umbras:
Naturamq; simul: fratremq; hominemq; cruētus
Exiit: & tenuem cæsis inuidit harenam.
Hoc facimus refugo damnauit sole mycenās:
Auertitq; diem sceleri. sed reddidit atreus
Crimen: & infandas excusat coniuge mensas
Hic odium: non pœna fuit. te per dita iura:
Te pater ultorem: te nudi puluere manes:
Te pietas polluta rogat. si flentibus aram:
Et p̄prium miseris numen statuistis athenæ:
Si Pandionias planctu traxere phalanges
Inachides: belloq; rogos meruere maritis:
Si mœstas squalore comas: lachrymisq; senatum
In numidas pulsus solio cōmouit ad herbas:
Nunc quoq; nunc Gildo: tātō quē funere meruit:
Nunc doleat uenisse ducem: seseq; minorem
Supplicibus sciat esse tuis: quem sede fugauit:
Nunc p̄ceps fugiat: fregit quē clade: tremiscat?
Agnoscatq; suum: trahitur dum uictima: fratrem.
Hæc ubi sederunt genero: notissima marti
Robora: præcipuos electa pube maniplos
Disponit: portuq; rates instaurat hetrusco
Herculeam suus alcides: ioniamq; cohortem
Rex ducit superum. premitur nec signifer ullo

Pondere: festinant adeo uexilla moueri
Neruius insequitur: meritisq; uocabula felix
Dictaq; ab augusto legio: nomenq; probantes
Inuidio clipeoq; animosi teste leones.
Dictis ante tamen princeps confirmat ituros
Aggere conspicuus: stat circumfusa iuuentus
Nixa hastis: pronasq; ferox accomodat aures:
Gildonem domitura manus promissa: minasq;
Tempus age si quid pro me meruistis in armis:
Ostentate mihi: iusto magnoq; triumpho
Ciuiles abolete notas: sciat orbis eous:
Sitq; palam gallos causa non robore uinci:
Nec uos: barbariem quanuis collegerit omnem:
Terreat: aut mauri: fremitus: raucosq; repulsus
Vmbonum: & nostros passuri communis enses
Non contra clipeis tectos galeisq; micantes
Ibitis: in solis longe fiducia telis
Exarmatus erit quum missile torserit hostis
Dextra mouet iaculum: p̄tentat pallia leua
Cætera nudus eques: sonipes ignarus habenæ
Virga regit: non ulla fides: non agminis ordo
Arma oneri: fuga præsidio: connubia mille:
Non illis generis nexus: non pignora curæ:
Sed numero languet pietas: hæc copia uulgi
Vnibratus dux: ipse rosis & marcidus ibit
Vnguentis: crudusq; cibo: titubansq; lyæo:
Confectus senio: morbis stuprisq; solutus
Excitet incestos turmalis buccina somnos:
Imploret citharas cantatricesq; choreas:
Offensus stridore tubæ: discatq; coactus
Quas uigilat ueneri: castris impendere noctes.
Nonne mori satius: uitæ q̄ ferre pudorem?
Nam quæ iam regio restat: si dedita mauris
Regibus: illyricis accesserit affrica damnis?
Ius latium quod tunc Meroe rubroq; solebat
Oceano cingi: tyrrhena clauditur unda.

Et cui non nilus: non intulit india metas
Romani iam finis erit trinacria regni?
Ite recepturi: predo quem sustulit: axem:
Ereptumq; notum caput insuperabile rerum
Aut ruet in uestris: aut stabit roma lacertis.
Tot mihi debetis populos: tot iura: tot urbes
Amissas: uno libyam defendite bello.
Vestros imperium remos: & uestra sequatur
Carbasa: despectas trans æquora ducite leges.
Tertia iam ceruix solito mucrone rotetur.
Tandem funereis finem positura tyrannis.
Omnia conueniunt dicto: fuluusq; tonantis
Armiger ad liquidam cunctis spectatibus æthram
Corruptum pedibus curuis innexum hydrum.
Dumq; reluctantem morsu partitur obunco
Hæsit in ungue caput. truncatus decidit anguis:
I licet auguriis alacres per saxa citati:
Torrentesq; ruunt: non mons: non sylua retardat.
Pendula ceu paruis moturæ bella colonis
Ingenti clamore grues: æstiuæ relinquunt
Thracia: quum tepido permutant strimona nilo:
Ordinibus uariis per nubila texitur alis
Littera: pennarumq; notis inscribitur aer.
Vt fluctus tetigere maris: tunc acrior arsit
Impetus. arripiunt naues: ipsiq; rudentes
Expediunt: & uela legunt: & cornua summis
Associant malis: quatitur tyrrhena tumultu
Ora: nec alpheæ capiunt naualia pisæ.
Sic Agamenoniâ uindex quum græcia classem
Solueret: innumeris feruebat uocibus aulis.
Non illos strepitus: impendentisq; procellæ
Signa: nec aduentus dubii deterruit austri.
Soluite iam focii. clament: aut rumpite funem
Per uada Gildonem: quanuis aduersa petamus.
Ad bellum nos truat hyems. per deuia ponti
Quassatis cupio tellurem figere rostris.

Heu nimium segnes:cauta qui mente notatis:
Si reuolant mergi:graditur si littore cornix
Ora licet maculis aspexerit occidens sol:
Lunaq; conceptis liuescat turbida choris:
Et confusa uagos iaculentur sidera crines.
Hymbribus humescant edi:nimbosaq; taurum
Ducat hyas:totusq; fretis descendat orion:
Certa fides cæli:sed maior Honorius auctor
Illius auspiciis immensa per æquora miles
Non plaustris arctoq; regor:cotemne bootem
Nauita turbinibus mediis permittite carinas.
Si mihi tempestas libyam:uentiq; negabunt.
Augusti fortuna dabit.iam classis in altum
Prouehitur.dextra ligures:hetruria leua
Linquitur:& cæcis uitatur corsica faxis.
Humanæ spetiem plantæ se magna figurat
Insula:sardiniam ueteres dixere coloni:
Diues ager frugum:pœnos italosue petenti
Opportuna situ:quæ pars uicinior afris
Plana solo:ratibus clemens:quæ respicit arcton
Immitis:scopulosa:procax:subitisq; sonora
Flatibus:insanos infamat nauita montes:
Hinc hominum pecudûq; lues:hinc pestifer aer.
Sæuit:& exclusis regnant aquilonibus austris;
Quos ubi luctatis procul effugere carinis:
Per diuersa ruunt sinuosæ littora terræ
Pars adit antiqua ductos carthagine muros.
Partem littoreo complectitur obuia muro
Vrbs libyam contra tyrio fundata potenti
Tenditur in longum caralis:tenuemq; per undas
Obuia dimittit fracturum flamina collem
Efficitur portus medium mare:tutaq; uentis
Omnibus ingenti mansuescunt stagna recessu.
Hanc omni petiere manu:prorisq; reductis
Suspensa zephyros expectant classe fauentes

CLAVDIANI IN EVTROPIVM LIBER
PRIMVS INCIPIT.

EMIFEROS PARTVS METVEN/
DAQVE PIGNORA *matri*
MOENIBVS IN MEDIIS AVDI/
TVM NOCTE LVPORVM

Murmur:& attonito pecudes pastore loquutas:
Et lapidum duras hyemes:nimboq; minacem
Sanguineo rubuisse iouem:puteosq; cruore
Mutatos:uisasq; polo concurrere lunas.
Et geminos soles mirari desinat orbis.
Omnia cæsserunt eunucho consule monstra.
Heu terræ cæliq; pudor.trabeata per urbes
Ostentatur anus:titulumq; effœminat anni.
Pandite pontifices cumanae carmina uatis:
Fulmineos solers hetruria cõsulat ignes:
Immensumq; nefas fibris exploret haruspex.
Quæ noua portendant superi:nilus ne meatu
Deuius:& nostri tentat iam transfuga mundi
Se rubro miscere mari:ruptoq; niphate
Rursus barbaricis oriens uastabitur armis?
An morbi uentura lues? an nulla colono
Responsura seges? quæ tantas expiet iras
Victima?quo diras iugulo placabimus aras?
Consule lustrandi fasces:ipsoque litandû
Prodigio:quæcûq; parant hoc omine fata
Eutropius ceruice luat.sic omnia nobis
Hæc regni fortuna tenes:quæ nam ista iocandi
Sæuitia?humanis quantum bacchabere rebus?
Si tibi seruili placuit fœdare curules
Crimine. procedat laxata compede consul.
Rupta quirinales sumant ergastula cinctus.
Des saltem quemcûq; uirum. discrimina quæ adâ
Sunt famulis:splendorq; suus:maculâq; minorẽ
Conditionis habet:domino qui uixerit uno

Si pelagi fluctus:libyæ si discis harenas.
Eutropii numerabis heros quot iura:quot ille
Mutauit tabulas:uel quanta uocabula uertit
Nudatus quotiēs medicum dum cōsultat emptor:
Ne qua per occultum lateat iactura dolorem
Omnes pœnituit precii:uenumq; redibat:
Dum uendi potuit. postq; deforme cadauer
Mansit:& in rugas totus defluxit aniles
Iam specie doni certatim limine pellunt:
Et fœdum ignaris properant obtrudere munus:
Tot translata iugis sumisit colla:uetustum
Seruitium:semperq; nouum:nec destitit unq;
Cœpit sæpe tamen cunabula prima cruentis
Dedita suppliciis.rapitur castrandus ab ipso
Vbere:suscipiūt matris post uiscera pœnæ.
Aduolat armenius certo mucrone recisos
Edoctus mollire mares:damnoq; nefandum
Aucturus precium:fœcūdum corporis ignem
Sedibus exhaurit geminis:unoq; sub ictu
Eripit officiumq; patris:nomenq; mariti:
Ambiguus uitæ iacuit:penitusq; supremum
In cerebrum secti traxerunt frigora nerui.
Laudemus ne manum:quæ uires abstulit hosti?
An potius fato causam tribuisse queramur?
Profuerat mansisse uirum:felicior extat
Opprobrio:seruiret adhuc:si fortior esset.
Inde per assyriæ trahitur commertia ripæ
Hinc fora uenalis Galata ductore frequentat.
Permutatq; domos uarias.quis nomina possit
Tanta sequi? miles stabulis Ptolomæus in illis
Notior:hic longo lassatus pellicis usu
Donat Arithæo:neq; enim iam dignus haberi
Nec maturus emi:quum fastiditus abiret
Quæ genui?quanto planxit dinortia luctu?
Hæc erat heu Ptolomææ fides.hoc profuit ætas
In gremio consumpta tuo?lectusq; iugalis?

Et ducti totiens inter præsepia somni
Libertas promissa perit: uiduam ne relinquis
Eutropiam: tantaq; premunt obliuia noctes:
Crudelis: generis pro sors durissima nostri.
Foemina cōsenuit. retinet connubia partu:
Vxorifq; decus matris reuerentia pensat.
Nos lucina fugit: nec pignore nititur ullo
Cum forma dilapsus amor. defloruit oris
Gratia: qua miseri scapulas tutabimur arte:
Qua placeam ratione senex. sic fatus acutum
Aggreditur lenonis opus: nec segnis ad artem
Mens erat: officiiq; capax: omnesq; pudoris
Hauserat insidias. custodia nulla tuendo
Fida toro. nulli poterant excludere uestes.
Ille uel ærata danaen sub turre latentem
Elliceret. fletus domini fingeat amantis.
Indomitasq; mora: precio lenibat auaras:
Lasciuasq; iocis: nec blādior ullus euntis
Ancillæ tetigisse latus: leuiterq; reductis
Vestibus occulto crimen mandare susurros
Nec furtis quæsisse locum: nec fraude reperta
Cautior: elusi fremitus uitare mariti.
Haud aliter iuuenum flammis ephyreia lais
E gemino ditata mari: quum ferta refundit
Canicies: iam turba procax: noctisq; recedit
Ambitus: & raro pulsatur ianua tactu:
Seq; reformidat speculo damnante senectus.
Stat tamen: atq; alias succingit lena ministras.
Dilectumq; diu quanuis longæua lupanar
Circuit: & retinet mores: quos perdidit ætas.
Hinc honor Eutropio: quūq; oibus unica uirtus
Effet in eunuchis thalamos seruare pudicos:
Soluti adulteris creuit: nec uerba tergo
Cessauere tamen: quotiens decepta libido
Irati caluisset heri: frustra q; rogantem:
Iactantemq; suos tot iam per lustra labores

Dotalem genero: nutritoremue puellæ
Tradidit: eous rector consulq; futurus
Pectebat dominæ crines: & sæpe lauanti
Nudus: in argento lympham gestabat alumina.
Et quum se rabido. fessam proiiceret æstu
Patricius roseis pauonum uentilat alis.
Iamq; æuo lassata cutis: sulcisq; genarum
Corruerat: passa facies rugosior uua:
Flaua minus: presso finditur uomere rura.
Nec uento sic uela tremunt: miserabile turpes
Exedere caput tineæ. deserta patebant
Interualla comæ: qualis sitientibus aruis
Arida ieiunæ seges interlucet aristæ
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris immoritur trunco brumalis hirundo
Scilicet ut trabeis iniuria cresceret olim
Has in fronte notas: hoc dedecus addidit oris
Luxuriæ fortuna suæ: quum pallida nudis
Offibus: horrorem dominis preberet imago.
Decolor & macies occurfu læderet omnes:
Aut pueris latura metus: aut tædia mensis:
Aut crimen famulis: aut procedentibus omen.
Et nihil exhausto caperent in stipite lucri:
Sternere quippe toros: uel cedere ligna culinæ
Membra negant: aurum uestes arcana tueri
Mens infida uetat. quis enim cōmittere uellet
Lenoni thalamū: tandē ceu funus acerbum:
Infaustaq; suis trusere penatibus umbrā.
Contemptu iam liber erat: Sic pastor obesum
Lacte canem: ferroque libat pascitque reuictum:
Dum ualidus seruare gregem: Vigiliq; rapaces
Latratu terrere lupos: quum tardior idem
Iam scabie laceras demisit sordibus aures
Solut: & exuto lucratur uincula collo.
Est ubi despectus nimius iuuat: undiq; pulso
Per cūctas licuit fraudes impune uagari.

Et fatis aperire uiam: pro quisquis olympi
Summa tenes? tanto ne libet mortalia risu
Vertere: qui serui non est admissus in usum:
Suscipitur regnis: & quem priuata ministrum
Dedignata domus: moderantem sustinet aula
Ut primum uetulā texere palatia uulpem
Quis non ingemuit? quis non obrepere sacris
Obsequiis doluit totiens uenale cadauer?
Ipsi quin etiam tali consorte fremebant
Regales famuli: quibus est illustrior ordo
Seruicij: sociumq; diu spreuere superbi.
Cernite quem latius poscant annectere fastis
Quouis & eunuchos puduit. sed uilior ante
Obscure latuit pars ignotissima turbæ.
Donec abucianti furiis qui rebus eoīs
Exicium: primoq; sibi perduxit ab imis
Euectus thalamis summos inuasit honores.
Quam bene dispositum terris? ut dignus iniqui
Fructus consilij primis auctoribus instet.
Sic multos fluuio uates arente per annos:
Hospite qui cæso monuit placare tonantem:
Inuentas primus busiridis imbuit aras.
Et cecidit sæui: quo dixerat: hostia sacri.
Sic opifex tauri tormentorumq; repentor:
Qui funesta nouo fabricauerat æra dolori:
Primus in expertum siculo cogente tyranno
Sensit opus: docuitq; suum mugire iuuentum.
Nullius eutropius quā: qui se protulit ante:
Direptas possidet opes. nullūq; priorem
Perculit exilio. solumq; hoc rite peregit:
Auctorem damnare suum. postq; obsitus æuo
Semiuer excelsū rerum sublatus in arcem:
Quod nec uota pati: nec fingere somnia possunt:
Vidit sub pedibus leges: subiectaq; colla
Nobilium: tantūq; sibi permittere fata:
Quid nihil optasset plus libertate mereri.

Iam iam dissimulat dominos. alteq; tumescunt
Seruiles animi: procerum squalore repletus
Carcer: & exulibus meroe campi; gemiscunt
Aethiopū: poenis hominū plaga personat ardēs:
Marmaricus claris uiolatur cedibus hamon.
Asperius nihil est humili: quum surgit in altū.
Cūcta ferit: dum cūcta timet: defæuit in omnes:
Vt se posse putent: nec belua tetrior ulla est
Quam serui rabies in libera colla furentis:
Agnoscit gemitus: & poenæ parcere nescit.
Quā subiit: dominiq; memor quē uerberat: odit:
Adde q; eunuchus nulla pietate mouetur.
Nec generi natisq; cauet clementia cūctis
Insimiles: animosq; ligant consortia damni.
Iste nec eunuchis placidus: sed peius in aurum
Aestuat. hoc uno fruitur succisa libido:
Quid neruos secuisse iuuat. Vis nulla cruentam
Castrat auariciam. paruis exercita furtis
Quæ uastare penum neglecta fœuerat arcæ:
Claustra remoliri: nō uberiore rapina
Peccat in orbe manus. quicquid se tigris ab hemo
Diuidit: hoc certa proponit merce locandum
Institor imperii: caupo famosus honorum.
Hic asiam Villa pactus regit: ille redemit
Coniugis hornatu syriam. dolet ille paterna
Bithynos mutasse domi: suffixa potenti
Vestibulo: precii distinguit regula gente
Tot galatæ: tot pontus eat: tot lydia nummis
Si lyciam tenuisse uelis. tot milia ponas
Si phrygas adde parum propriæ solatia sortis:
Communes uult esse notas: & uenditus ipse
Vendere cūcta cupit. certantum sæpe duorum
Diuersum suspendit onus: cū pondere iudex
Vergit: & in geminas nutat prouincia lances.
Non pudet heu superi populos uenisse sub hasta
Vendentis. certe pudeat quod iure sepultum

Mancipium tot regna tenet: tot distrahit urbes
Pollentem folio croesum uictoria cyri
Fregit: ut eunuchos fluerent pactolus: & hermus:
Attalus hæredem uoluit te roma relinqui
Restitit antiochus præscripto margine tauri:
Indomitos: curru seruilis egit ifauros.
Et pharos augusto iacuit: uel creta metello:
Ne non eutropio questus numerosior esset
In merces ueniunt cilices: iudæa sophene:
Romanusq; labor: pompeianiq; triumphus.
Quo struis hos auri: cumulos: quæ pignora tantis
Succedent opibus: nugas ducas ne licebit:
Nunq; mater erit: nunq; pater. hoc tibi ferrum:
Hoc natura negat. te grandibus india gemmis:
Te foliis arabes: ditent te uellere seres.
Nullus inops adeo: nullum sic cogit egestas:
Ut uelit eutropii fortunam & mēbra pacisci.
Iamq; oblita sui: nec sobria diuitiis mens
In miseras leges hominumq; negocia ludit.
Iudicat eunuchus. quid iam de consule miror?
Prodigium est quod cūq; gerit: quæ pagina lites
Fœmineas meminit quibus unq; sæcula terris:
Eunuchi uidere forū: sed nequa uacaret
Pars ignominia: ne quid restaret inausum:
Arma etiam uiolare parat: portentaq; monstris
Aggregat: & secum petulans amentia certat.
Erubuit maioris aduersaq; risit enyo.
Dedecus eorum quotiens intenta sagittis:
Et pharetra fulgens anus exercet amazon:
Arbiter aut quotiens belli pacisq; recurrit:
Alloquiturq; getas gaudet cū uiderit hostis:
Et sentit iam deesse uiros. incendia fumant.
Muris nulla fides: squalent populantibus agri:
Et medio spes sola mari. trans phasin aguntur
Cappadocū matres: stabulisq; abducta paternis
Caucaseas captiua bibunt armenta pruinæ:

Et scythicis mutant argei pabula siluis
Extra cimmerias taurorum claustra paludes:
Flos syriæ seruit spoliis. nec sufficit atrox
Barbarus: in cædem uertit fastidia prædæ.
Ille tamen (quid enim seruum mollēq; pudebit?
Aut quid in hoc potuit uultu flagrare ruboris)?
Pro uictore redit. peditum uexilla sequuntur:
Et turmæ similes: eunuchorumq; manipuli
Hellespontiacis legio dignissima signis
Obuius ire cliens: defensoresq; reuersum
Complecti. placet ipse sibi: laxasq; laborat
Distendisse genas: fictūq; inflatus anhelat
Pulvere respersus tineas: & solibus ora
Pallidior: uerbisq; sonat plorabile quiddam
Vltra nequiciam fractis: & prælia narrat.
Perq; suam tremula testatur uoce sororem:
Defecisse uagas ad publica cōmoda uires:
Cedere liori: nec sustentare procellas
Inuidiæ mergiq; fretis spumantibus orat.
Exoretq; utinam. dū talia fatur ineptas
Detergit lachrymas: atq; inter singula dicta
Flebile suspirat. qualis uenit arida focrus
Longinquam uisura nurum: uix lassæ resedit:
Et iam uina petit. quid te turpissime bellis
Inferis? aut sæuis pertentas pallada campis?
Tu potes alterius studiis hæere minervæ
Tu tellas: non tela pati: tu stamina nosse:
Tu segnes operum solers urgere puellas:
Et niueam dominæ pensis inuoluere lanam.
Vel si sacra placent: habeas pro marte cybellem
Rauca cylenæos ad tympana disce furores.
Cimbala ferre licet: pectus illidere pinu.
Inguinis & reliquum phrygiis abscindere cultris.
Arma relinque uiris. geminam quid diuidis aulā?
Conarisq; pios odiis cōmittere fratres.
Te magis ah demens: ueterem si respicis artem:

Conciliare decet gestis pro talibus annum
Flagitat eutropius: ne quid non polluat unus
Dux: aties: iudex: prætoria: tempora: consul.
Nil adeo fœdum est. quod non exacta uetustas
Ediderit: longiq; labor commiserit æui:
Oedipodes matrem: natam duxisse thyestes
Cantatur. peperit fratres iocasta marito
Et pelopea sibi: labes ac funera troiæ
Tristis erichæi deplorat scena theatri
In uolucrum tereus. cadmus se uertit in anguem
Scylla nouos mirata canes: hunc arbore figit:
Eleuat hunc plunia: squamis hunc fabula uestit.
Hunc soluit fluuius. nunq̃ Spado consul in orbe:
Nec iudex ductorue fuit. quicumq; uirorum
Est decus: eunuuchi scelus est exempla creantur:
Quæ socci superent risus: luctusq; cothurni:
Quâ pulchre conspectus erat? quū tēderet artus
Exanguis onerare toga: cinctuq; grauatus:
Inductoq; senex obscenior iret in auro?
Humani qualis simulator Simius oris:
Quem puer adridens precioso stamine serum
Velauit: nudasq; nates: ac terga reliquit
Ludibrium mensis: erecto pectore diues
Ambulat: & claro sese deformat amictu.
Candida pollutos comitatur curia fasces:
Forfitan & dominus præbet miracula listor
Consule nobilior: libertatemq; daturus:
Quam nondum meruit: scādit sublime tribunal:
Atq; inter proprias laudes ægyptia iactat
Somnia: prostratosq; canit se uate tyrannos.
Scilicet in dubio uindex bellona pependit:
Dum spado tyresias: eneruatusq; melampus
Reptat: ab extremo referens oracula nilo.
Obstrepuere auium uoces: exhorruit annus
Nomen: & insanum gemino proclamat ab ore:
Eunuchumq; uetat fastis accedere ianus.

Sumeret illicitos & enim si foemina fasces:
Effet turpe minus. medium leuibufq; fabæis
Imperat hic sexus: reginarūq; sub arinis
Barbariæ pars magna iacet. gens nulla probatur
Eunuchi quæ sceptra ferat: tritonia: phœbe:
Vesta: ceres: cybele: iuno latona coluntur.
Eunuchi quæ templa dei: quas uidimus aras?
Inde sacerdotes: hæc intrat: pectora phœbus:
Inde canunt delphi: troianam sola mineruam
Virginitas uestalis adit: flammæq; tuetur
Ii nullas meriti uittas: semperque prophani.
Nascitur ad fructum mulier: prolemq; futurā.
Hoc genus inuentū est. ut seruiat herculis arcu
Concidit hippolite. danai fugiere bipennem
Penthesilea tuam: claras Carthaginis arces
Creditur: & centum portis babylona superbam
Foemineus struxisse labor. Quid nobile gessit
Eunuchus? quæ bella tulit? quas cōdidit arces?
Illas præterea rerum natura creauit.
Hos fecere manus: Seu prima semiramis astu
Assyriis mentita uirum: neu uocis acutæ
Mollicies: leuesue genæ se prodere possent.
Hos sibi cōiunxit similes: seu parthica ferro
Luxuries uetuit nasci lanuginis umbram:
Seruatq; diu puerili flore coegit
Arte retardatam ueneri seruire iuuentam.
Fama prius falso similis: uanoq; uideri
Ficta ioco: leuior uolitare per oppida rumor.
Rideriq; nefas: ueluti nigrantibus alis
Audiretur olor: coruo certante ligustris:
Vtq; aliquis grauior morum: si talibus inquit
Creditur: & nimis turgent mendacia mōstris:
Iam testudo uolat. profert iam cornua uultur.
Prona petunt retro fluuii: uada gadibus ortum
Armenii texere diem. iam frugibus aptum
Aequor: & assuetum syluis delphina uidebo.

Iam chocleis homines iunctos: & quicquid inane
Nutrit: iudaicis quæ pingitur india uelis.
Subiicit: & mixtis salibus lasciuior alter:
Miraris? nihil est quod non in pectore magnum
Concipit eutropius: semper noua: grandia seper
Diligit: & sceleri degustat singula sensu.
Nil timet atergo. Vigilantibus undiq; curis
Nocte dieq; patet: lenis facilisq; moueri
Supplicibus: mediaq; tamen mollissimus ira.
Nil negat: & sese uel non poscentibus offert:
Quodlibet ingenio subigit: traditq; fruendam?
Quicquid amas: dabit illa manus: cōmuniter oī
Fungitur officio: gaudetq; potentia flecti.
Hoc quoque consiliis peperit: meritoq; laborum
Accipit: & trabeas argutæ premia dextræ.
Postq; uera fides facinus uulgauit eoum
Gentibus: & romæ iam certius impulit aures:
Eutropium ne etiam nostra dignabitur ira?
Hic quoq; romani meruit pars esse doloris?
Sic effata: rapit cæli per inania cursum
Diua potens: unoq; padum translapsa uolatu
Castra sui rectoris adit. Tum forte decorus
Cum Stilicone gener pacem implorantibus ultro
Germanis responsa dabat: legesq; caycis
Arduus: & flauis signabat iura suenis.
His tribuit leges. his obside fœdera sancit.
Indicto bellorum alios transcribit in usus:
Militet ut nostris detonsa sicambria signis.
Lata subit romam pietas: & gaudia pœnæ
Mouerunt lachrymas: tantoq; exultat alumno:
Sic armenta suo iam descendente iuuenco
Celsius assurgunt erectæ cornua matri
Sic iam terribilem stabulis: dominumq; ferrarū
Crescere miratur genitrix massila leonem.
Dimouit nebulam: iuueniq; apparuit ingens
Tunc sic orsa loqui. Quantū te principe possum
diiii

Non longiqua docēt. domito quod saxone tethys
Mitior: aut fracto secura britannia picto
Ante pedes humili franco: tristiq; sueuo
Perfruo: & nostrum uideo germanice rhenum.
Sed quid agam? discors oriens felicibus actis
Inuidet: atque alio phœbi de cardine surgunt
Crimina: ne toto conspiret corpore regnum.
Gildonis taceo magna cū laude receptam
Perfidiam: & fretos eo robore mauros.
Quæ suscepta fames: quātū discriminis urbi?
Ni tua uel soceri nūq̃ non prouida uirtus
Australem arctois pensasset frugibus annum.
Inuectæ rhodano tyberina per hostia classes
Cynipheisque ferax araris successit aristis.
Theutonicus uomer: pyreneiq; iuueni
Sudauere mihi. segetes mirantur iberas
Horrea: nec libyæ senserunt damna rebellis:
Iam transalpina contenti messe quirites.
Ille quidem soluit meritas (scit trabraca) poenas.
Ut pereat quicūq; tuis conflixerit armis.
Ecce recens isdem clades a partibus exit:
Terrorisq; minus: sed plus habitura pudoris:
Eutropius cōsul. pridem tolerare fatemur
Hoc genus: arfacio postq̃ se regia fastu
Sustulit: & nostros corrumpit parthia mores.
Præfecti sed adhuc gemmis: uestiq; dabantur
Custodes: sacroq; adhibere silentia somno:
Militia eunuchi nunq̃ progressa cubile
Non uita spondere fidem: sed inertia tantum
Mentis pignus erat. secreta monilia seruet:
Ornatus current tyrios: a fronte recedant
Imperii. tenero tractari pectore nescit
Publica maiestas. nunq̃ uel in æquore pupim
Vidimus eunuchi clauo parere magistri.
Nos adeo sperni faciles? orbisq; carina
Vilior? aurora certe est: quæ talia ferræ

Gaudet & affuetas sceptris muliebribus urbes
Possideant: qui belliferam cōmunibus urunt
Italiam maculis: nocituraq; probra seueris
Admifcent populis: peregrina placula forti
Pellantur longe latio: ne transeat alpes
Dedecus: in solis quibus extitit hereat aruis.
Scribat halis: scribat famæ contemptor orontes.
Per te perq; tuos obtestor roma triumphos
Nesciat hoc tybris: nūq; poscentibus olim:
Qui dare dentatis annos: fabiisq; solebat.
Martius eunuchi repetat suffragia campus.
Aemilios inter: seruatoresq; camillos:
Eutropius iam chrysogonis tua brute potestas:
Narcifisq; datur. natos hoc dedere pœnæ
Profuit: & misero ciuem præponere fratri.
Hoc mihi ianiculo positus hetruria castris
Quæsiit: & tantum fluuiio porfenna remotus.
Hoc meruit uel ponte cocles: uel mutius igne.
Visceribus frustra castū lucretia ferrum
Merfit: & attonitum transnauit Cloelia tybrim.
Eutropio fascēs obseruabantur adempti
Tarquiniis: quicunq; meæ uexere curules
Laxato ueniat socii spectator auerno.
Impenfi sacris decii prorumpite bustis:
Torquatiq; truces: animosaq; pauperis umbra
Fabricii: tuq; o si forte inferna piorum
Iugera & elysias scindis ferrane nouales
Pœno sciade: pœno præclare lutati.
Sicania marcelle ferox: gens claudia surgat:
Et curii ueteres: & qui sub iure negasti
Viuerē cæsareo: paruo procede sepulchro
Eutropium passūre cato: remeate tenebris
Agmina brutorum: coruinorumq; cateruæ.
Eunuchi uestros habitus insignia sumunt
Ambigui romana mares. rapuere tremendas
Hannibali: pyrrhoque togas: flabella perosi

Aspirant trabeis. iam non umbracula gestant
Virginibus: latias ausi uibrare secures.
Linquite foemineas infelix turba latebras:
Alter quos pepulit sexus: nec suscipit alter
Execti ueneris stimulos: & uulnere casti.
Mixta duplex ætas: inter puerumq; senemq;
Nil medium: falsi complete sedilia patres.
Ite noui proceres: infœcundoq; senatu
Eutropium stipate ducem: celebrare tribunal
Pro thalamis. uerso iam discite more curules
Non matrum pilenta sequi. ne prisca reuoluam;
Neu numerem quantis iniuria mille per annos
Sit retro ducibus: quanti fœdabitur æui
Canities? unam subeant quot sæcula culpam?
Inter arithei fastus: & nomen herile
Seruus erit: dominoq; suos æqualis honores.
Inferet: heu semper ptolomæi noxia mundo
Mancipia. en alio lædor grauiore Photino:
Et patior maius phario scelus: ille cruorem
Consulis unius pelæis ensibus hausit:
Inquinat hic omnes. si nil priuatamoue bunt:
At tu principibus: nostræ tu prospice causæ
Regalisq; aduerte notas. hunc accipit unum
Aula magistratum. uobis patribusq; recurrit
Hic alternus honos. in crimen euntibus annis
Pace pater. consul contagia fascibus oro
Defendas ignaua tuis: neu tradita libris
Omina: uestitusq; meos: quibus omne qd̄ abit,
Oceanus domui: tanta caligine mergi:
Calcariq; sinas. nam quæ iam bella feramus
Mollibus auspiciis. aut quæ connubia prolem?
Aut frugem laturus ager? quid fertile terris?
Quid plenum sterili possit sub cōsule nasci?
Eunuchi si iura dabunt: legesq; tenebunt:
Ducant pensa uiri: mutatoq; ordine rerum
Viuat amazonio confusa licentia ritu.

Quid trahor ulterius? Stilico quid uincere differt
Dum certare pudet? nescis quod turpior hostis
Læticia maiore cadet piratica magnum
Erigit, illustrat seruilis laurea crassum.
Annuis? agnosco fremitum: quo palluit eurus:
Quo mauri: Gildoque ruit quid martia signa
Solicitas? non est iaculis hastisue petendus.
Conscia succumbent audito uerbere terga.
Ut scythæ post multos rediens exercitus annos,
Quum sibi seruilis pro finibus obuia pubes
Iret: & arceret dominos tellure reuerfos:
Armatam ostensis atiem fudere flagellis
Notus ab inceptis ignobile reppulit horror
Vulgus: & adductus iub uerbere torpuit ensis.

CLAVDIANI PROLOGVS SECVNDI LI-
BRI IN EVTROPIVM.

VI MODO SVBLIMES RERVVM
9 FLECTEBAT HABENAS
PATRICIVS: RVRSVS VERBE
RA NOTA TIMET:

Et solitos tarde passurus compedis orbes
In dominos uanas luget ab ille minas.
Culmine deiectum uitæ fortuna priori
Reddidit in sano iam satiata ioco.
Scindere nunc alia meditatur ligna securi
Fascibus & tandem uapulatur ille suis.
Illicitas cōsul pœnas: se consule soluit
Annus qui trabeas: hic dedit exilium.
Infaustum populis in se quoque uertitur omen.
Sceuit in auctorem prodigiosus honor.
Ablato penitus respirant nomine fasti:
Maturamque luë sanior aura uomit
Dissimulant socii: coniuratique recedunt.
Procūbit pariter cum duce tota cohors:

Non acie uicti: non seditione coacti:
Ne pereant ritu quo periere uiri.
Concidit exiguae dementia uulnere carthæ:
Confecit saxum littera martis opus.
Mollis foeminea detruditur arte tyrānus:
Et thalamo pulsus perdidit imperium.
Sic iuuenis nutante fide: ueteriq; reducta
Pellice defletam linquit amica domum.
Caniciem raram largo de puluere turpat:
Et lachrymis rugas implet anile gemens.
Suppliciterque pias humilis substratus ad aras
Mitigat iratas uoce tremente nurus.
Innumeri glomerantur heri: sibi quisq; petentes
Mancipium solis utile suppliciis.
Quamuis foedus enim menteq; obscenior ore:
Ira dabat precium: poena meretur emi.
Quas spado nūc terras: aut quē transibis in axē.
Cingeris hinc odiis inde recessit amor.
Vtraq; te gemino sub sidere regia damnat.
Hesperius nunq; iam nec eous eris.
Miror quur aliis qui pandere fata solebas:
Ad propriam cladem caeca sibylla taces?
Iam tibi nulla uidet fallax insomnia nilus.
Peruigilāt uates nec miserande tui.
Quid soror? audebit tecū cōscendere puppem?
Et ueniet longum per mare fida comes?
An fortasse toros eunuchi pauperis odit?
Et te nunc inopem diues amare negat?
Eunuchi iugulum primus secuisse fateris:
Sed tamen exemplo non feriere tuo.
Viue pudor fatis. en quem tremuere tot urbes
En cuius populi sustinere iugum.
Direptas quid plāgit opes? quas natus habebit?
Non aliter poteris principis esse pater.
Improbe quid pulsas mulieribus astra querellis?
Quod tibi sub cypri littore parua quies.

Omnia barbarico per te concussa tumultu.
Crede mihi terris tutius æquor erit.
Iam non armenios iaculis terebis: & arcu
Per campos uolucrum non agitabis equum.
Dilecto caruit bizantijs ore senatus.
Curia consilijs æstuat orba tuis.
Emerita suspende togam: supēde pharetram.
Ad ueneris patres ingeniumq; redi.
Non bene gradu lenonia dextera feruit.
Suscipiet famulum te cytherea libens.
Insula læta choris: blandorum mater amorum.
Nulla pudicie cura placere potest
Prospectant paphiæ celsa de rupe puellæ:
Sollicitæ saluam dum ferat unda ratem
Sed uereor teneant ne te tritones in alto
Lasciuas doctum fallere Nereidas:
Aut idem cupiant pelago te mergere uenti:
Gildonis nuper qui tenuere fugam.
Incluta captiuo memoratur tabraca mauro.
Naufragio cyprus sit memoranda tuo.
Vesturum moriens frustra delphina uocabis
Ad terram solos deuehit ille uiros.
Quisquls adhuc similes eunuchus tēdit ad actus!
Respiciens cyprum desinat esse ferox.

CLAVDIANI IN EVTROPIVM EVNV
CHVM LIBER SECVNDVS INCIPIT.

YGDONII CINERES: ET: SI Quid
RESTAT EO.

m QVOD PEREAT REGNI: CERte
NON AVGVRE FALSO

Prodigii patuere minæ: frustra; peracto
Vulnere: monstri feri præfagia discitis anni.
Cautior ante tamen uiolentum nauita chorum
Prospicit: & tumidæ subducit uella procellæ.

Quid iuuat errores merſa iam puppe fateri?
Quid lachrymæ delicta leuât? ſtant omnia ueri
Conſulis: immotis hæſere piacula fati.
Tunc decuit ſentire nefas: tunc ire recentes
Deterſum maculas: ueteri poſt obruta morbo
Corpora: pæonias necq; quâ admoueriſ herbas.
Vlcera poſſeſſis alte ſuffuſa medullis
Non leuiore manu: ferro ſanantur & igni.
Ne noceat fruſtra mox eruptura cicatrix
Ad uiuum penetrât flâmæ: quis funditus humor
Deſſuat. & uacuis corrupto ſanguine uenis
Areſcat fons ille mali: truncantur & artus:
Vt liceat reliquis ſecurum uiuere membris.
At uos egregie purgatam creditis aulam:
Eutropium ſi cyprus habet: uindictaq; mundi
Semiuiſ exulerit? quis uos luſtrare ualebit
Oceanus? tantum facinus quæ diluet ætas?
Induerat nec dum trabeas: mugitus ab alto
Redditus inferno: rabies arcana cauernas
Vibrat: & alterno conſigunt culmina lapſus
Bacchatus per operta tremor: calcedona mouit
Pronus: & in geminas nutauit boſ porus urbes.
Concurrere freti fauces radice reuulſa
Vitant inſtabilem ruruſ ſymplegada nautæ.
Scilicet hæc ſtygiæ præmittunt ſigna ſorores:
Et ſibi mox tradi populos hoc conſule gaudent.
Mox oritur diuerſa lues: hinc mulciber ignes
Spargerat hinc uincto proruperat obice nereus.
Hinc flagrât: hinc teſta natât: quâ numina poenam
Seruatis ſcleri? cuius tot cladibus omen
Conſtitit: incumbens utinam neptune tridenti
Pollutumq; ſolum toto cum crimine mergas.
Vnam pro mundo furis concedimus urbem.
Vtq; ſemel patuit monſtris iter: omina tempus
Nacta ſuum properât naſci: tum decolor hymber
Infantumq; noui uultus: & diſſona partu

Semina: tum lapidum fletus: armenta q; uulgo
Ausu loqui: mediisq; feræ se credere muris.
Tum uates sine more rapi: lymphataq; passim
Pectora fatifici stimulis ignescere phœbi:
Fac nullos cecinisse deos: adeo ne retusi
Quisq; cordis erit? dubitet qui partibus illis
Affore fatalem castrati consulis annum?
Sed quia cæcus inest uitæ amor: omne futurum
Despicitur: suadentq; breuem p̄sentia fructum:
Et ruit inueteritum damni secura libido.
Dum mora supplicii lucro: serumq; quod instat
Creditor: haud equidem cōtra tot signa camillo
Detulerim fasces: nec dum pro sexus inert
Mancipio: cui cūcta licet responsa iuberent:
Hortantesq; licet sponderent prospera diui:
Turpe fuit cessisse uiros. exquirite retro
Crimina: continui lectis annalibus æui.
Prisca recensitis euoluite sæcula fastis:
Quid senis infandi capreæ: quid scæna Neronis
Tale ferunt. spado romuleo succinctus amictu
Sedit in augustis laribus. uulgata patebat
Aula salutantum studiis huc plebe senatus
Permixta: trepidiq; duces: omnisq; potestas
Confluit: aduolui genibus. cōtingere dextram
Ambitus: & uotum deformibus oscula rugis
Figere: presidium legum: genitorq; uocatur
Principis: & famulum dignatur regia patrem.
Posteritas admitte fidem. monumenta petuntur
Dedecoris: multisq; gemunt incudibus æra
Formatura nefas. hæc iudicis: illa togati:
Hic nitet armati species. numerosus ubiq;
Fulget eques. præfert eunuchi curia uultus.
Ac ueluti caueant: ne quo consistere uirtus
Possit pura loco: cunctas hæc ora laborant
Incestare uias: maneant immota precamur:
Certaq; perpetui sint argumenta pudoris.

Subter adulantes tituli: nimiaq; leguntur
Vel maribus laudes: claro quod nobilis ortu
Conuiuant domini: quod maxima praelia solus
Impleat: & pariter miles quod certius urbis
Conditor: hoc bizas constantinusq; uidebunt.
Inter quæ tumidus leno producere canas
In lucem fecere. mero: dispergere plausum
Empturas in uulgus opes: totosq; theatris
Indulgere dies: alieni prodigus auri
At soror: & siquid portentis creditur: uxor:
Mulcebat matres epulis: & more pudicæ
Coniugis: eunuchi celebrabat uota mariti
Hanc amat. hanc summa de re: uel pace: uel armis
Consult. huic curas: & clausa palatia mandat:
Ceu stabulum: uacuamq; domum. sic magna tueri
Regna nihil patiensq; iugi deluditur orbis.
Mitior alternum zephyri iam bruma teporem
Senserat: & primi laxabant germina flores.
Iamq; iter in gremio pacis solemne parabant
Ad muros amphysa tuos: auctore repertum
Eutropio: pelagi ne tædia longa subirent
Sed uaga lasciuis flueret discursibus æstas:
Vnde tamen tanta sublimes laude redibant:
Ceu uinctos traherent medos indumq; bibissent.
Ecce autem flauis graduius ab usq; gelonis
Arua cruentato repetebat thracia curru.
Subsidunt pangea rotis: alteq; sonoro
Stridunt axe niues: ut uertice constitit hemi:
Foemineasq; togas pressis conspexit habenis.
Subrisit crudele pater: tristisq; micantem
Quassabat galeam. tunc implacabile numen
Bellonâ alloquitur: quæ sanguine sordida nestem
Illyricis pingues pectebat cladibus hydros.
Nec dum molliciem. nec dum germana mederi
Possumus eoæ. nunq; corrupta rigescant
Sæcula cappadocum tepidis argeus aceruis

Estuat: infelix etiam nunc pallet orontes:
Dum pereunt: meminere mali. si corda parūper
Respirare sinas: nullo tot funera sensu
Prætereunt: tantiq; levis iactura cruoris
Aspicias obscenum facimus? quid crinibus ora
Protegis? en qualis sese diffundit: in actus
Parua quies? quantum nocuerunt ocia ferri
Qui caruit bellis eunuchō traditur annus.
Actum de trabeis esset: si partibus una
Mens foret hesperiis. rueret derisa uetustas:
Nullaq; calcati starent uestigia iuris:
Ni memor imperii Stilico: morumq; priorum
Turpe relega sset defenso tybride nomen:
Intactamq; nouo seruasset crimine romam.
Ille dedit portum: quo se pulsata referret
Maiestas latii: deformataq; secures.
Ille dedit fastos: ad quos oriente relicto
Confugeret sparsum maculis seruilibus æuum.
Quam similes hæc aula uiros (ad mœnia uisus
Dirige). non saltem tacita formidine mussant?
Non damnant animo. plaudentē cerne senatum
Et byzantinos proceres: graiosq; quirites.
O patribus plebes: o digni consule patres.
Quicquid & armati cessant: & nulla uirilis
Inter tot gladios sexum reminiscitur ira.
Huccine nostrorum cinctus abiire nepotum?
Sic bruti despectus honos. ignosce parenti
Romule quod serus temeratis fascibus ultor
Aduenio: iam iam largis hæc gaudia faxy
Cōpensent lachrymis. Quid dudū iflare moraris
Tartaream bellona tubā? quid stringere falcem:
Qua populos a stirpe metis molire tumultus.
Excute delicias. thracum macedūq; ruinæ
Tædet: & ingentes iterum sœuire sepultas.
Dāna minus cōsueta mouent: trās æquora sœuas
Verte faces. aliis exordia summe rapinis.

Non tibi rypheis hostis quæredus ab oris.
Non per caucasias accito turbine ualles
Est opus: ostrogothis colitur: mixtisq; Gothunnis
Phryx ager. hos parua poterunt impellere causæ
In scelus: ad mores facilis natura reuertit
Sic eat in nostro quando iam milite robur
Torpuit: & molli didicit parere magistro
Vindicet arctous uiolatas aduena leges.
Barbara romano succurrant arma pudori.
Sic fatus. clipeo quantum uix ipse decorum
Arbiter: infesto quum percutit æthera nimbo
Intonuit. respōsat athos: hemusq; remugit.
Ingeminat. rhodope raucum cōcussa fragorem.
Cornua cana gelu mirantibus extulit undis
Hebrus: & exanguem glacie timor alligat istrum.
Tunc adamante grauem: nodisq; rigētibus hastā
Telum ingens nulliq; deo iaculabile torfit.
Fit late ruptis uia nubibus. illa per auras
Tot freta: tot montes uno contempta uolatu
Transilit: & phrygiæ mediis affigitur oris.
Sensit humus: genuit nysæo palmitē felix
Hermus: & aurata pactolus inhorruit urnæ
Totaq; submissis fleuerunt dindyma' syluis.
Nec dea præmissæ stridorem segnius hastæ
Consequitur: centumq; uias meditata nocendi.
Tandem Tabrigilum geticæ dux improbus aulae
Hic erat. aggreditur: uilo tum forte redibat
Eutropio: uacuis donis: feritasq; dolore
Creuerat: & teneris etiam quæ crimina suadent
Ingeniis: scythicum pectus flammabat egestas.
Huic sese uultu simulata coniugis offert.
Mentitoq; ferox incedit barbara gressu
Carbaseos inducta sinus: post terga reductas
Vberibus: propior mordebat fibula uestes:
Inq; orbem tereti mitra redeunte capillum
Strinxerat: & uirides flauescere iusserat angues.

Aduolat: & niueis reducem cōplectitur ulnis:
Infunditq; animo furiale per oscula uirus
Principe quam largo ueniat: quas inde reportet
Diuitias. astu rabiem motura. requirit
Ille iter ingratum: uanos deflere labores:
Quos super euntichi fastus: quæ probra tulisset
Continuo secat ungue genas: & tempore pandit
Arrepto gemitus: i nūc deuotus aratris
Scinde solum: positoq; tuos mucrone sodales
Ad rastros sudare doce: bene rura gothunnus
Excolet: & certo disponet fidere uites.
Felices aliæ quas debellata maritis
Oppida: quas magnis quæsitæ uiribus ornāt
Exuuiæ: quibus arguæ: pulchræq; ministrant
Tessalides: famulas & quæ meruere lacanas.
Me nimium timido: nimium iunxre remisso
Fata uiro: totum qui degener exuit istum.
Qui refugit patriæ ritus: quem detinet æqui
Gloria: concessioq; cupit uixisse colonus.
Quā dominus rapto. qd pulchra uocabula pigris
Pertentas uitæ: probitatis inertia nomen.
Iustitiæ formido subit. tolerabis iniquam
Pauperiem? quoniam tela geras? & flebis inultus?
Quoniam pateant tantæ nullis custodibus urbes:
Quippe metus pœnæ: pridem mos ille uigebat:
Ut meritos colerent: impacatisq; rebelles
Vrgerent odiis. at nunc qui foedera rumpit:
Ditatur. qui seruat eget: uastator achiuæ
Gentis: & epirum nuper populatus inultam
Possidet illyricos: iā quos obsedit amicus:
Ingreditur muros illis responsa daturus:
Quorum cōiungibus potitur: natoq; peremit.
Sic hostes punire solent. hæc præmia soluūt
Excidiis. cūctaris adhuc? numerumq; tuorum
Respicias? exiguamq; manum? tu rumpe quietem.
Bella dabunt socios: nec te tam prona monerem.

Si contra patere uiros. nunc alter in armis
Sexus: & eunuchis se defensoribus orbis
Credidit. hos aquilæ: romanaq; signa sequuntur.
Incipe barbaricæ tandem te reddere uitæ.
Te quoq; iam timeant: admirenturq; nocem etm:
Quem spreuere pium. spoliis prædaq; repletus
Quû libeat: romanus eris. sic fata repente
In diram se uertit auem: rostroq; recuruo
Turpis: & infernas tenebris obscurior alas
Auspiciu ueteri sedit ferale sepulchro.
Ille pavor postq; resoluta corde quieuit:
Et rigidæ sedere comæ. non distulit atrox
Iussa deæ: sociis: quæ uiderit: ordine pandit:
Inuitatq; sequi. cõiurat barbara pubes
Nacta ducem: latiisq; palam desciiuit ab armis.
Pars phrygiæ: scythicis q̃cũq; trionibus alget
Proxima bithynos: solẽmq; cõdit ionas:
Quæ leua attingit galatas utriq; propinqui
Finibus obliquis lydi: pisidæq; feroces
Continuant australe latus: gens una fuere
Tot quondam populi: priscũ cognomen & unum
Appellata phryges. sed quid non longa ualebit
Permutare dies: dicti post mœona regem
Mœones: ægæos infedit græcia portus.
Thini thraces erant: quæ nunc bithynia fertur.
Nuper ab oceano gallorum exercitus ingens
Illis ante uagus tandem regionibus hæsit:
Gesq; deposuit iam graio mitis amictu:
Pro rheno poturus halim. dat cũcta uetustas
Principium phrygibus. nec rex ægyptius ultra
Restitit: humani postq; puer uberis expers
In phygiam primum laxauit murmura uocem.
Hic cecidit libycis iactata paludibus olim
Tibia. fœdatam quû redidit umbra. mineruam
Hic & apollinea uictus testudine pastor
Suspensa memores illustrat pelle celenas:

Quattuor hic magnis pcedunt fontibus amnes
 Auriferi: nec miror aquas radiare metallo:
 Quæ totiens lauere midam. diuersus ad austrum
 Currus: & arctoū fluuiis mare: dindyma fundū.
 Sangarium uitrei puro qui gurgite galli
 Auictus: amazonii defertur ad hostia ponti.
 Icarium pelagus: mycalæaq; littora iuncti
 Marsia: meanderq; petunt. sed marsia uelox
 Dum suus est flexuq; carens: iā flumine mixtus
 Mollitur meandre tno: contraria passus
 Quā rhodano stimulat arar: quos inter aprica
 Planicies: cereriq; fauet: densisq; ligatur
 Viribus: & glaucos fructus attolit oliuæ:
 Diues equis: felix pecori preciosaq; picto
 Marmore: purpureis cædit cui synada uenis
 Talem tum phrygiam geticis populantibus uri
 Permisere dei: securas barbarus urbes
 Irrupit: faciesq; capi. spes nulla salutis:
 Nulla fugæ. putribus iam propugnacula saxis
 Longo corruerant æuo: pacisq; senecta
 Interea gelidæ secretis partibus idæ
 Dum sedet: & thyasos spectat de more cybelle:
 Curetumq; alacres ad tympana suscitatur enses
 Aurea sanctarum decus immortale comarum
 Disfluxit capiti turris: sumoq; uolutus
 Vertice crinalis uiolatur puluere murus.
 Obstupere truces omen coribantes: & uno
 Fixa metu tacitas presserunt orgia buxos.
 Indoluit genitrix. tunc sic irata profatur:
 Hoc mihi iam pridem lachesis lōgeua canebat
 Augurium: phrygiæ casus uenisse supremos.
 Delapsus testatur apex. heu sanguine qualis
 Ibit sangarius: quantasq; cadauera lenti
 Meandri passura moras: immobilis hæret
 Terminus. hæc dudum nato placuere tonanti.
 Paret finitimis luctus: frustra q; lyæi.

Non defensores imploret lydia thyrsos:
Iamq; uale phrygiae tellus: perituraq; flammis
Moenia conspicuas quæ nunc attollitis arces
Mox campi: nudumq; solum: dilecta ualete
Flumina: nec uestris ultra bacchabor in antris.
Nec iuga fulcabit noster berecinthia carrus.
Dixit: & ad tristes conuertit tympana planctus.
Labentem patriam sacris ululatibus atys
Personat: & lachrymis torui maduere leones;
Eutropius: nequeat quauis metuenda taceri
Clades: & trepidus uulgauerit omnia rumor:
Ignorare tamen fingit: regniq; ruinas
Diffimulat: paruam ad fontes errare cateruam
Latronum tormenta magis: q̃ tela parari:
Nec duce frangendas iactat: sed iudice uires.
Vasta uelut libye uenatum uocibus ales
Quum p̃mitur: calidas cursu transmittit harenas:
Inq; modum ueli sinuatis flamine pennis
Puluerulenta uolant. si iam uestigia retro
Clara sonent: oblita fugæ stat lumine clauso
Ridendum: reuoluta caput: creditq; latere:
Quæ non ipsa uidet: furtim tamen ardua mittit
Cum donis promissa nouis. si forte rogatus
Desinat: ille semel nota dulcedinæ prædæ
Se famulo seruire negat: nec grata timentum
Munera: militiam nullam: nec prima superbus
Cingula dignari. nam quis non consule tali
Vilis honos: postq̃ precibus mitescere nullis
Non auro cesisse uidet: creberq; recurrit
Nuncius incassum: nec spes iam foederis extat.
Tâdem consilium belli confessus agendi
Ad sua tecta uocat iuuenes: uenere proterui
Lasciuiq; senes: quibus est insignis edendi
Gloria: corruptaq; dapes uariasse decorum:
Qui uentrem inuitant precio: traduntq; palato
Sidereas iunonis aues: & si qua loquendi.

Gnara coloratis uiridis defertur abindis.
Quæsitus trans regna cibus: quorumq; profundâ
Ingluuiem: non ægeus: non alta propuntis:
Non freta longinquis mœotida piscibus explēt.
Vestis odorate studiū. laus maxima risum
Per uarios mouisse sales: minimaq; uiriles
Mundiciæ: compti uultus: oneriq; uel ipsa
Serica: sin humus feriat: sin sarmata portas
Solliciti scenæ: romam contemnere sueti
Mirariq; suas quas bosporus obruit ædes:
Saltandi dociles: aurigarumq; periti
Pars humili de plebe duces: pars compede furas:
Cruraq; signati nigro liuentia ferro
Iura regunt: facies quâuis inscripta repugnet.
Seq; suo prodat titulo. sed prima potestas
Eutropiū præfert: Hostio subnixa secundo
Dulcior hic sane cūctis: prudensq; monendi
Iuris: & admoto qui temperat omnia fumo
Feruidus: accensam sed qui bene decoquat irā.
Confidunt apices gemini ditionis eorū
Hic coquus: hic leno: defossi uerbere terga
Seruitio: non arte pares: hic sapius emptus:
Alter ad hispanos nutritus uerna penates.
Ergo ubi collecti procures: qui rebus in' arctis
Consulerent: tantisq; darent solatia morbis
Obliti subito phrygiæ: belloq; relicto
Ad solitos cœpere iocos: & iurgia circi
Tendere nequicq; magna configitur ira:
Quis melius uibrata puer uertigine molli
Membra rotet: uertat quis marmora crine supio:
Quis magis enodes laterum detorqueat artus:
Quis uoci digitos: oculos quis moribus aptet.
Hi tragicos meminere modos. his fabula tereus.
His necdum commissa choro cantatur agaue.
Increpat eutropius: non hæc: spectacula tempus
Poscere: nunc alias armorum incumbere curas:

Se satis armenio fessum pro limite cingi:
Nec tantis unum subsistere posse periculis:
Ignoscāt senio iuuenes: ad praelia mittant
Qualis pauperibus nutrix inuisa puellis
Adsidet: & tela cōmunem quærere uictum
Rauca monet. festis illæ luisse diebus
Orant: & positis æquæuas uisere pensis:
Irataq; operi iam lassō pollice fila
Turbant: & teneros detergunt stamine fletus.
Emicat exemplo cūctis trepidantibus audax
Crassa mole leo: quem uix cyclopeia soluit
Aequatura fames: quem non ieiuna celano
Vinceret: hinc nomen fertur meruisse leonis:
Acer in absentes: linguæ iactator: abundans
Corporis: exiguusq; animi: doctissimus artis
Quondam lanificæ: moderator pectinis unci:
Non alius lanam purgatis sordibus æque
Præbuerat calathis: similis nec pinguis quisq;
Vellera: per tenues ferri producere rimas.
Tunc aiæx erat eutropii: lateque fremebat
Non septem uasto quatiens umbone iuuenecos:
Sed quam perpetuis dapibus: pigroq; sedili
Inter anus: interq; colos onerauerat aluum.
Affurgit tandem: uocēq; expromit anhelam.
Quasi nouus hic torpor socii: quo nā usq; sedemus
Fœmineis clausi thalamis patimurq; periculum
Gliscere desidia: graniorum turba malorum
Texitur: ignauis trahimus dum tempora uotis.
Me petit hic sudor: nunq; mea dextera segnis
Ad ferrum. faueat tantum tritonia cœptis:
Inceptum peragetur opus. iam cuncta furorem
Qui grauat efficiam grauiorem pondere lanæ
Trabigilum timidū: desertoresq; gothunnos
Vt miseras populabor oues: & pace relata
Pristina restituam phrygias ad stamina matres.
His dictis iterum sedit. fit plausus & ingens

Consilii clamor: qualis resonantibus olim
Exoritur caueis: quotiens crinitus ephebus
Aut rigidam niobem: aut flentem troada fingit.
Protinus excitis iter inremeabile signis
Arripit: infestoq; iubet bubone moueri
Agmina: mygdouias mox impletura uolucres:
Pulcher: & urbanae cnpens exercitus umbræ:
Assiduis ludis: auidus splendere lauacris:
Nec soles: imbresue pati: multūq; priori
Dispar: sub clypeo thracum qui ferre pruinas
Dum Stilico regeret: nudoq; hyemare sub axe
Sueuerat. & duris haurire bipennibus hebrum.
Cum duce mutatae uires: bizantia robur
Fregit luxuries: amphi-ranīq; triumphī.
Non peditem prædeit eques: nō cōmoda castris
Eligitur regio: uicibus custodia nullis
Aduigilat uallo. non explorantur eundæ
Vitandæq; uiæ: nullo se cornua flectunt
Ordine. confusi passim per opaca uagantur
Lustra: per ignotas angusto tramite ualles.
Sic uacui rectoris equi: sic orba magistro
Fertur in abruptum casu: non fidere puppis:
Sic ruit in rupes amisso pisce sodali
Bellua: sulcandus cui præuius edocet undas:
Immensumq; pecus parux moderamine caudæ
Temperat: & tanto cōiungit fœdera monstro.
Illa natat rationis inops: & ceca profundi
Iam breuibns deprehensa uadis ignara reuerti
Palpitat: & uanos scopulis illidit hiatus.
Trabigilus simulare fugam: flatuq; leonis
Spe nutrire leuis: improuisusq; repente:
Dum grauibns marcent epulis: hostiq; catenas
Inter uina crepant: largo sopita lyæo
Castra subit. pereunt: alii dum membra cubili
Tarda leuant. alii leto iungere soporem.
Ast alios uicina palus sine more ruentes

Excipit: & cumulis inmanibus aggerat undas
Ipse leo dāma: ceruoq; fugatior ibat
Sudanti tremebundus equo: qui pondere postq;
Decidit implicitus limo cunctantia pronus
Per uada reptabat ceno subnixa tenaci
Mergit: & pingui suspirat corpore moles
More suis: dapibus quæ iam deuota futuris
Turpe gemit: quotiens Hosius mucrone corusco
Armatur: cingitq; sinus: secumq; uolutat:
Quas figat uerubus partes: quæ frustra calenti
Mandet aquæ: quantoq; cutem distendat echino:
Flagrat opus: crebro pulsatus perstrepat ictu:
Contextit uariis penetrans calcedona nidor:
Ecce leuis frondes a tergo concutit aura
Credet tela leo. ualuit pro uulnere terror:
Impleuitq; nicem iaculi: uitamq; nocentem
Integer: & sola formidine sauius eflat.
Quis tibi tractandos pro pectine degener enses?
Quis folio campū præponere suasis auito?
Quam bene texentum laudabas carmina tutus:
Et matutinis pellebas frigora mensis.
Hic miserande iaces. hic dum tua uellera uitas.
Tandem fila tibi neuerunt ultima parca.
Iam uaga pallentem densis. terroribus aulam
Fama quatit: stratas acies: delata canebat
Agmina: inæonios fœdari cædibus agros
Pamphilios: pisidasq; rapi metuendus ab omni
Targibilus regione sonat. modo tendere cursum
In galatas: modo bithynis incumbere fertur.
Sunt qui per cilicas rupto descendere tauro:
Sunt qui correptis ratibus: terraq; mariq;
Aduentare ferant. geminantur uera pauoris
Ingenio: longe spectari puppibus urbes
Accensas: lucere fretum: uentoq; citatas
Omnibus in pelago uelis hæere fauillas.
Hos inter strepitus funestior aduolat alter

Nuncius: armatam rursus babylonia minari
Rege nouo: resides parthos: ignaua perosos
Ocia: romanæ finem iam quærere paci.
Rarus apud medos regum cruor unaq; cuncto
Pœna manet generi: quamuis crudelibus æque
Paretur dominis sed quid non audeat annus
Eutropii? socium nobis: fidumq; sodalem
Perculit: & perfas in regia uulnera mouit:
Rapturasq; fidem. leto pars nequa uacaret
Eumenidum tedas trans flumina tigridis egit.
Tunc uero cecidere animi: tantisq; procellis
Deficiunt. scepti latrantibus undiq; bellis:
Infestos tandem superos: & consulis omen
Agnouere sui: nec iam reuocabile damnum
Euentu: stolido rerum didicere magistro.
Namq; ferunt geminos uno de semine fratres
Iapetioniadas generis primordia nostri
Dissimili finxisse manu: quoscunq; prometheus
Excoluit: multumq; innexuit æthera limo:
Hi longe uentura notant: dubiisq; parati
Casibus: occurrunt fabro meliore politi
Deteriore luto. prauus quot edidit auctor
Quem merito grai perhibent epimethea uates:
Et nihil ætherei sparsit per membra uigoris:
Hi pecudum ritu non impeditia uitant:
Nec res ante uident. accepta clade queruntur:
Et fero transacta gemunt. iam sola renidet
In Stilicone salus: & cuius semper acerbum:
Ingratumq; sibi factorum conscius horror
Credidit aduentum: quem si procedere tantum
Alpibus audissent: mortem pœnasq; tremebant
Iam cuncti uenisse uolunt: scelerumq; priorum
Pœnitet. hoc tantis bellorum sidus in undis
Sperant. hoc pariter iusti fontesq; precantur
Ceu pueri: quibus alta pater trās æquora merces
Deuehit: intenti ludo: studiisq; soluti:

Lætius amoto passim custode uagantur.
Si grauis auxilio uacuas inuasit edes
Vicinus: laribusq; suis: proturbet inultos:
Tum demum patremq; implorant: & nomē inani
Voce cient: frustra q; oculos ad littora tendunt:
Omnes supplicio dignos lethoq; fatentur.
Qui se tradiderint famulo stilicone relicto:
Mutari stupuere diu: sensuq; reducto
Paulatim proprii mirantur monstra furoris.
Auertuntq; oculos. pietis fascibus horret
Licor: & infames labuntur sponte secures.
Quales aonio thebas de monte reuersæ
Mœnades: infectis penthæo sanguine thyrsis:
Quum patuit uenatus atrox: matriq; rotatum
Conspexere caput: gressus caligine figunt:
Et rabiem desisse dolent Quin protinus ipsa
Tendit ad italiam supplex aurora potentem:
Non radiis redimita comam: nec flā mea uultū:
Nec croceum uestita diem. stat liuida luctu
Qualis erat phrygio: tegeret quū mēnona busto
Quam simul agnouit Stilico (nec causa latebat)
Restitit: illa manum uictricē amplexa moratur.
Atq; ita uix lachrymans inter suspiria fatur.
Tanta ne te nostri coeperunt tædia mundi?
Sic me ludibrim famulis risumq; relinquis?
Dux quondam rectorq; meus: solamq; tueris
Hesperiam? domiti nec te post bella tyranni
Cernere iam licuit? sic te uictoria nobis
Eripuit? gallisq; dedit? rñffinus origo
Prima mali: geminas inter discordia partes
Hoc auctore: fuit: sed iam maiora mouenti
Occurrit iusta rediens exercitus: ira
Fortis adhuc. ferriq; memor. breuis inde reduxit
Falsaq; libertas: rursus stiliconis habenis
Sperabam me posse regi: pro cæca futuri
Gaudia. fraterno coniūgi coeperat orbis

Imperio (quis enim tanto terrore recentis
Exempli paribus sese committeret ausis)
Quum subito mostrosa mihi: turpisq; relatu
Fabula Ruffini: castratus prosilit haeres:
Et similis iterum luctus fortuna reduxit:
Vt solum domini sexum mutasse uideret.
Hic primum thalami claustris delicta tegebat
Clam timidæq; iubens. erat inuidiosa potestas:
Sed tamen eunuchi nec dū sibi publica iura
Summere: nec tantas audebat summere leges:
Sed postq; pulsifq; bonis: & fece retenta:
Peiores legit socios: dignifq; satelles
Hinc osius stetit: inde leo: fiducia creuit:
Regnandiq; palam flagrauit aperta libido
Patricius: consul: maculat quos uendit honores:
Plus maculat quos ipse regit. iam signa tubæq;
Mollescunt. ipsos ignauia fluxit in enses.
Exultant merito gentes facilifq; uolenti
Præda sumus iam bistonis: hemoq; niuali
Vastior expulsis oriens squalebit aratri:
Hei mihi quas urbes: & quanto tempore martis
Ignaras uno rapuerunt prælia cursu.
Nuper ab extremo ueniens equitatus araxe
Terruit antiochi muros: ipsumq; decoræ
Pene caput syriæ flammis hostilibus arsit.
Vtq; grauis spoliis: nulloq; obstante profunda
Lætus cæde redit: sequitur mucrone cruento
Continuum uulnus. nec iā mihi caucassus hostes:
Nec mittit gelidus phasis. nascuntur in ipso
Bella sinu. legio pridem romana grutumi
Iura quibus uictis dedimus: quibus arua: domosq;
Præbuimus lydos: asiæq; uberrima uastant
Ignibus: & si quid tempestas prima reliquit
Nec duce: nec numero freti: sed inertia nutrit.
Prodigiumq; ducū: quorum per crimina miles
Captiuus dat terga suis: quos teste subegit.

Danubio: partemq; timet qui reppulit omnes.
Aula choris: epulisq; uacat: nec perdita curant
Dum supest aliquid: ne quid tamen orbe reciso
Venditor amittat: provincia quæq; superstes
Diuiditur. geminumq; duplex passura tribulal:
Cogitur alterius precium sarcire peremptæ.
Sic mihi restitunt populos. hac a te reperta
Restorum numerum terris pereuntibus augent:
In te iam spes una mihi: pro fronde minermæ:
Has tibi protendo lachrymas: succurre ruenti.
Eripe me tandem. seruilibus eripe regnis:
Ne ue adeo cûctos paucorum crimine damnes:
Nec noua tot meritis offensa prioribus obset.
Iam iâ flecte animum: suprema pericula semper
Dant ueniam culpæ: quanuis iratus: & exul
Pro patriæ flammis non distulit arma camillus:
Non te subtrahimus latio: defensor utriq;
Sufficis armorum liceat splendore tuorum
In cõmune frui: clipeus nos protegat idem:
Vnaq; pro gemino desudet cardine uirtus.

CLAVDIANI EPITALAMIUM IN NV-
PTIIS HONORII AVGV. ET MARIAE:

P RINCEPS CORVSCO SIDERE
PVLCRIOR:
PARTHIS SAGITTAS TENDE-
RE CERTIOR:

Eques gelonis imperiosior.
Quæ digna mentis laus erit arduæ?
Quæ digna formæ laus erit igneæ?
Te leda mallet quam dare castorem.
Præfert achilli te proprio thetis.
Victum fatetur delos apollinem.
Credat minorem lidia liberum.
Tum quum per altas impiger ilices

Præda citatum cornipedem reges:
Ludentq; uentis instabiles comæ:
Telis iacebunt sponte tuis feræ:
Gaudensq; sacris uulneribus leo
Admittet hastam morte superior.
Venus reuersum spernit adonidem.
Damnat reductum cynthia uirbium.
Quum post labores sub platani uoles
Virentis umbra: uel gelido specu
Torrentiorem fallere syrium:
Et membra somno fessa resolueris.
O quantus uret tum Dryades calora
Quot te æstnantes ancipiti gradu
Furtiua carpent oscula Naiades:
Quis uero acerbis horridior scythis?
Quis beluarum corde furentior?
Qui cum micantem te prope uiderit;
Non optet ultro seruicium pati.
Quis non catenas arripiat libens?
Colloq; poscat uincula libero?
Tu si niualis per iuga caucasi
Sexuas petisses pulcher amazonas;
Peltata pugnas defereret cohors
Sexu recepto: patris & immemor
Inter frementes hippolyte tubas
Strictam securim languida poneret;
Et seminudo pectore cingulum
Forti negatum solueret herculi:
Bellūq; solus cunficeret decor.
Beata quæ te mox faciet uirum;
Primisq; sese iunget amoribus.

a Ge consta nuptiali
Redimita uere tellus
Celebra toros herilis:
Omne nemus cum fluuiis: Omne capiat pfundū.

Ligures fauete campis.
Veneti fauete montes
Subitisq; se rosetis
Vestiat alpinus apex: & rubeant pruinæ
Athesis strepat choreis:
Calamisq; flexuosus
Lene muntius susurre t:
Et padus heletiferis: admoduletur alnis:
Epulisq; iam repleto
Resonet quirite tybris
Dominiq; læta uotis
Aurea septem geminas roma coronet arces:
Procul audiant iberi:
Fuit unde semen aulæ:
Vbi plena laurearum
Imperio foeta domus. Vix numerat triumphos.
Habet hinc patrem maritus:
Habet hinc puella matrem:
Geminaq; parte ductum
Cæsareum flammeo stemma recurrit ortu.
Decorent uireta bethini.
Tagus intumescat auro.
Generis procreator
Sub uitreis oceanus luxurietur undis:
Oriensq; regna fratrum:
Sim ul occidensq; plaudat:
Placidæ locentur urbes
Quæq; nouo: quæq; nitent deficiente phœbo.
Aquiloniæ procellæ:
Rapidī tacete cori.
Taceat sonorus auster:
Solut quantem zephyrus perdominetur annum.
f Olitas galea fulgere comas
Stilico molli neſte corona.
Ceſſent litui: ſæuū q; procul
Martem felix teda releget.

Tractus ab aula rursus in aulam
 Redeat sanguis patris officiis
 Iunge potenti pignora dextra.
 Gener augusti pridem fueras:
 Nunc rursus eris socer augusti.
 Quæ iam rabies liuoris erit?
 Vel quis dabitur color inuidiæ?
 Stilico socer est: pater est Stilico:
 a Tollens thalamis idaliû iubar
 Dilectus ueneri nascitur hesperus.
 Iam nuptæ trepidat sollicitus pudor.
 Iam prodût lachrymas flammea simplices.
 Ne cessa iuuenis comminus aggredi.
 Iam pacata licet sæuiat unguibus.
 Non quisq; fruitur ueris odoribus:
 Hyblæos latebris: nec spoliât fauos
 Si fronti caueat: si timeat rubos:
 Armat spina rosas: mella tegunt apes.
 Crescunt difficili gaudia iurgio:
 Accenditq; magis: quæ refugit uenus.
 Quod flenti tuleris plus sapit osculum:
 Dices o quotiens hoc mihi dulcius:
 Quam flauos decies uincere farratas.
 Aspirate nouam pectoribus fidem:
 Mansuramq; facem tradite sensibus:
 Tam iunctis manibus nescite uincula:
 Quam frondens hedera stringitur æsculus.
 Quam lento premitur palmite populus:
 Et murmur querula blandius alite
 Linguis assiduo reddite mutuis:
 Et labris animum conciliantibus
 Alternum rapiat somnus anhelitum:
 Amplexu careat purpura regio.
 Et uestestyrio sanguine fulgidas
 Alter uirgineus nobilitet cruor.
 Tum uictor madido profilias toro.

Nocturni referentis vulnere praelii.
Ducant peruigiles carmina tybiae.
Permissisq; iocis turba licentior
Exultet tetricis libera legibus.
Passim cum ducibus ludite milites.
Passim cum pueris ludite uirgines.
Hæc uox æthereis insonet axibus.
Hæc uox per populos: per mare transeat.
Formosus Mariam ducit honorius.

Claudiani Præfatio i Nuptias Honorii & Mariæ.

VRGERET IN THALAMVM DV
CTO quum pelion arcu:
f NEC CAPERET tantos hospita ter-
ra deos:

Quum socer æquoreus: numerosaq; turba soror:
Certarent epulis continuare dies:
Preberetq; ioui communia pocula chiron:
Molliter obliqua parte refusus equi:
Peneus gelidos mutaret nectare fontes:
Oetæis fluere spumea uina iugis:
Terpsichore facilem lasciua pollice mouit
Barbiton: & mollis duxit in antra choros:
Carmina nec superis: nec displicuere tonanti.
Quum teneris nossent congrua nota modis:
Centauri: fauniq; negant: quæ flectere craton.
Quæ rigidum poterant plectra mouere pholū:
Septima lux aderat cælo: totiensq; renatus
Viderat exactos hesperus igne choros.
Tū phœbus quo saxa domat: quo ptrahit ornos:
Pectine tentauit nobiliore lyram.
Venturumq; sacris fidibus iā spōdet achillem:
Iam phrygias cades: iā simoenta canit.
Fronoso strepuit felix hymenæus olympo:
Reginam resonant othris: & ossa thetim

CLAVDIANI LIBER DE NVPTIIS HO-
NORII. & Mariæ.

H AVSERAT INSOLITOS PROMIS-
sæ uirginis ignes
Augustus. pronoque rudis flagrauerat
æstu.

Nec nouus unde calor: nec quid suspiria uellent
Nouerat: incipiens: & adhuc ignarus amandi
Non illi uenator equus: non spicula curæ:
Non iaculum torquere libet. mēs omnis aberrat
In uulnus: quod finxit amor. quam sæpe medullis
Erupit gemitus: quotiens incāduit ore
Confessus secreta rubor? nomenq; beatum
Inuissæ scripsere manus. iam munera nuptæ
Præperat: & pulchros mariæ sed luce minores
Eligit ornatus: quicquid uenerabilis olim
Liuiæ: diuorumq; nurus gessere superbæ.
Incusat spes ægra moras: longiq; uidentur
Stare dies: segnemq; rotam non uoluere phœbe
Scyria sic tenerum uirgo flammabat achillem
Fraudis adhuc expers: bellatricesq; docebat
Ducere fila manus: & mox quos horruit idem
Thessalico roseos nectebat pectine crines.
Hæc etiam queritur secū: Quo nā usq; uerēdus
Cunctatur mea uota socer? quid iungere differt
Quā pepigit? castasq; preces implere recusat?
Non ego luxuriam regum: moremq; sequutus
Quæsiui uultum thalamis: ut nuncia formæ
Læua per innumeros iret pictura penates.
Nec uariis dubium thalamis lecturus amorem
Ardua cōmisi falsæ connubia caræ.
Non rapio præceps alienæ fœdera tedæ:
Sed quæ sponsa mihi pridem: patrisq; relicta
Mandatis: uno materni sanguinis ortu
Communem partitur: auum. fastigia supplex

Deposuit: gessitque procum de limine sacro.
Oratum mihi preceres: qui proxima nobis
Iura tenent. Stilico fateor non parua poposci.
Sed certe mereor. princeps hic principe natus:
Qui sibi te generum fraterna prole reuinxit:
Cui mariam debes: foedus mihi solue paternum
Redde suos aulae: mater fortasse rogari
Mollior: o patrui germen cui nominis haeres
Successi: sublime decus torrentis hiberi
Stirpe soror: pietate parens: tibi creditus infans:
Inque tuo creui gremio: partuque remoto
Tu potius flacilla mihi. Quid diuidis ergo
Pignora? quid iuueni natam non tradis alumno?
Oportet ne dies aderit: dabitur ne iugalis
Nox unquam? tali solatur uulnera questu.
Risit amor: placidaque uolat trans aequora matri
Nuncius: & totas iactantior explicat alas.
Mons latus eorum cypreae rupis obumbrat
Inuius humano gressu: phariumque cubile
Protheos: & septem despectans cornua nili.
Hunc neque cadentes audent uestire pruinæ.
Hunc uenti pulsare timent. hunc lacerare nimbi.
Luxurie: uenerique uacat. pars acrior anni
Exulat. æterni patet indulgentia ueris.
In campum se fudit apex. hunc aurea sæpes
Circuit: & fuluo defendit prata metallo:
Mulciber: ut perhibent. his oscula coniugis emit
Mœnibus: & tales uxoribus obtulit arces:
Intus rura micant: manibus quæ subdita nullis
Perpetuum florent zephyro contenta colono:
Umbrosamque nemus: quo non admittitur ales:
Ni probet ante suos diua sub iudice cantus:
Quæ placuit: fruitur ramis: quæ uicta: recedit:
Viunt in uenerem frondes: omnisque uicissum
Felix arbor amat nutant ad mutua palmæ
Foedera: populeo suspirat populus ictu:

Et platani platanis: alnoq; affibilat alnus:
Labuntur gemini fontes. hic dulcis: amarus
Alter; & infusis corrumpunt mella uenentis:
Vnde cupidineas armauit fama sagittas.
Mille pharetrati ludunt in margine fratres
Ore pares: æuo similes. gens mollis amorum:
Hos nymphæ pariunt: illum uenus aurea solum
Edidit: ille deos: cælumq; & sidera cornu
Temperat: & summos dignatur figere reges.
Hi plebem feriunt. nec cætera numina defunt
Hic habitat nullo constricta licentia nodo:
Et flecti faciles iræ: uinoq; madentes
Excubiæ: lachrymæq; rudes: & gratus amantum
Pallor: & in primis titubans audacia furtis:
Iucundiq; metus: & non secuta uoluptas:
Et lasciua uolant leuibus periuria uentis:
Hos inter petulâs alta ceruice iuuentas
Excludit senium: lupo procul atria diuæ
Permutant radios: syluaq; obstante uirescunt
Lemnius hæc etiam gemmis extruxit: & auro
Admiscens artem precio: grauiusq; smaragdis
Supposuit cæfas hyacinthi rupe columnas.
Berillo paries: & iaspide lubrica surgunt
Limina: despectusq; solo calcatur achates:
In medio glebis redolentibus area diues
Præbet odoratas messes. hic mitis amomi:
Hic casia matura seges: panchæaq; surgunt
Cinnama: nec sicco frondescent uimina costis:
Tardaq; sudanti prærepunt balsama succo.
Quo postq; dilapsus amor: longasq; peregit
Penna uias: alacer: passusq; superbior intrat:
Cæsariem tunc forte uenus subnixa corusco
Fingebat solio. dextra: læuaq; sorores
Stabant idaliæ. largos hæc nectaris hymbres
Irrigat hæc morsu numerosi dentis eburno
Multimodum discrimen arat. sed tertia retro

Dat uarios nexus: & iusto diuidit orbis
Ordine: neglectam partem studiosa relinquens.
Plus error decuit: speculi nec uultus egebat
Iudicio: similis testis monstratur in omni:
Et rapitur quodcūq; uidet: dum singula cernit.
Seq; probat: nati uenientis conspicit umbram:
Ambrosioq; sinu: puerum complexa ferocem
Quid tantum gaudius ait? quæ prælia sudas
Improbe? quis iacuit telis: iterum ne tonantem
Inter sydonias cogis mugire iuencas?
An titania domas? an pastoralia lunam
Rursus in antra uocas? durū magnumq; uideris
Debellasse deum: suspensus in oscula matris
Ille refert: lætare parens: immane trophaum
Rettulimus. nostrum iam sensit honorius arcum:
Scis mariam patremq; ducem: qui cuspide gallos:
Italiamq; fouet. nec te preclara serenæ
Fama latet: propera: regalibus annue uotis
Iunge thoros. natum gremio cytherea refouit.
Et crinis festina ligat: peplumq; fluentem
Alleuat: & blando spirantem numine ceston
Cingitur: impulsos pluuiis quo mitigat amnes:
Quo mare: quo uentos: irataq; flumina soluit.
Vt stetit ad litus: paruos affatur alumnos.
Heus quis erit pueri: uitreas qui lapsus in undas
Huc rapidū tritona uocet: quo uecta per altum
Deferar: haud unq; tanto mihi uenerit usu
Sacri quos petimus thalami. pernicious omnes
Quærite. seu cōcha libycū circūtonat æquor:
Aegeas seu frangit aquas. quicūq; repertum
Duxerit: aurata donabitur ille pharetra.
Dixerat: & sparsi diuersa plebe feruntur
Exploratores. pelagi sub fluctibus ibat
Carpatiis triton: obluſantemq; petebat
Cymothoen. timet illa ferum: seseq; sequenti
Surripit. & duris elabatur uda lacertis.
Heus inquit speculatus amor. non uestra sub imis

Furta tegi potuere nadis: accingere nostram
Vecturus dominam: precium non uile laboris
Cymothoen facilem: quæ nunc detrectat: habebis.
Hac mercede ueni: prorumpit gurgite toruus
Semifer: undosi uelabant brachia crines:
Aspera tendebant bifido uestigia cornu:
Qua pistrix comissa uiro: ter pectora mouit.
Iam quarto paphias tractu sulcabat harenas:
Umbratura deam retro sinuatur in arcum
Bellua: tum uiuo squalentia murice terga
Purpureis mollita thoris. hoc nauigat antro
Fulta uenus. niueæ delibant æquora plantæ:
Prosequitur uolucrum late comitatus amorum:
Tranquillumq; choris quatitur mare ferta p'ois
Neptuni dispersa domos. cadmeia ludit
Leucothoe: frenatq; rosis delphina palæmon:
Alternas uiolis nereus interserit algas.
Caniciem glaucus ligat immortalibus herbis:
Necnon & uariis uestæ nereides ibant
Audito tritone feris. hanc pisce uolutam
Subleuat oceani monstrum carthesia tigris.
Hanc timor aegæi rapturus fonte carinas
Trux aries: hæc cerulea suspensa leena
Innatat: hæc uiridem trahitur cōplexa iuuenicum
Certatimq; nouis onerant cōnubia donis.
Cingula cymothoe: rarum galatea monile:
Et grauibus spathale bacchis diadema ferebat
Intextum: rubro quas legerat ipsa profundo:
Mergit se subito: uellitq; coralia clotho.
Vimen erat dum stagna subit: processerat undis:
Gemma fuit. nuda tenerem cinxere caterua:
Plaudentesq; simul tali cum uoce sequuntur.
Hos mariæ cultus: hæc munera nra precamur:
Reginæ regina feras: dic talia nunq̃
Promeruisse thetim: nec quā soror amphitrite
Nostro nupta ioui. deuotum sentiat æquor:

Agnoscat famulum uirgo stiliconia pontum:
Victricis non sæpe rates: Classēq; paternam
Veximus: ad tristes quum tenderet ultor achiuos.
Iam ligurum terris spumantia pectora triton
Appulerat: lassosq; fretis extenderat orbis
Continuo sublime uolans ad mœnia gallis
Condita lanigeris: ouis ostentantia pellem
Peruenit. aduentu ueneris spissata recedunt
Nubilla: rarescunt puris aquilonibus alpes
Læticiæ causas ignorat dicere miles:
Lætaturq; tamen. mauortia signa rubescunt
Floribus: & subitis animantur frondibus hæstæ.
Illa suum dictis affatur talibus agmen.
Gradium nostri comites arcete parumper:
Vt soli uacet. aula mihi: procul igneus horror
Thoracum: gladiosq; tegat uagina minaces.
Stent bellatrices aquilæ: sæniq; dracones.
Fas sit castra meis hodie succumbere signis.
Tibia pro lituis: & pro clangore tubarum
Molle lyræ festumq; canât. epulentur ad ipsas
Excubias: mediis spirent crateres in armis.
Laxet terribilis maiestas regia fastus:
Et sociam plebem non indignata potestas
Confundant turbæ proceres. soluantur habenis
Gaudia: nec leges pudeat ridere seueras.
Tu festas hymenææ faces. tu gratia flores
Elige: tu geminas concordia nocte coronas.
Vos pennata cohors quocunq; uocauerit usus
Diuisa properate manu: neu marceat ulla
Segnities: alii funalibus ordine ductis
Plurima uenturæ suspendite lumina nocti.
Hi nostra nitidos postes obducere myrto
Contendant. pars nectareis aspergere tecta
Fontibus: & flamma lucos adolere sabæos.
Pars infecta croco uelamina luthea serum
Pandite: sydoniasq; solo prosternite uestes.

Ast alii thalamum docto componite textu
Stamine gemmato: picturatisq; columnis
Aedificetur apex: qualem non lydia diues
Erexit pelopi: nec quem struxere lyæo
Indorum spoliis: & opaco palmite bacchæ.
Illic exuias omnes cumulate parentum:
Quicquid auus senior mauro: uel saxone uictus:
Quicquid ab innumeris socio Stilicone tremēdus
Quæsiuit genitor bellis: quæcumq; gelonus:
Armeniusue dedit: quantum crinita sagittis
Attulit extremo meroe circumflua nilo:
Misit achemenio quicquid de tigride medus:
Quum supplex emeret romanam parthia pacem:
Nobilibus gazis: opibusq; cubilia surgant
Barbaricis: omnes thalamo conferte triumphos.
Sic ait: & sponsæ petit improuisa penates:
Illa autem secura thori: tēdasq; parari
Nescia: diuinæ fruitur sermone parentis:
Maternosq; bibit mores: exempla; discit
Prisca pudiciæ: latios nec uoluere libros
Desinit: aut graios ipsa genitrice magistra
Mæonius quæcumq; senex: aut thracius orpheus:
Aut mithylenæo modulatur pectine sapho
Sic triuiam latona monet: sic mitis in antro
Mnemosyne docili tradidit præcepta thaliæ:
Quum procul augeri nitor: & iocundior aer
Attonitam lustrare domum: fundiq; comarum
Gratus odor. mox uera fides: numenq; refulsit.
Cunctatur stupefacta uenus: nunc ora puellæ
Nunc flauam niueo miratur uertice matrem.
Hæc modo crescenti: plenæ par altera lunæ
Assurgit: seu forte minor sub matre uirenti
Laurus: & ingentes ramos: olimq; futuras
Promittit iam parua comas: uel flore sub uno
Ceu geminæ præstana rosæ per iugera regnant.
Hæc largo matura die: saturataq; uernis

Roribus indulget spacio. latet altera nodo:
Nec teneris audet foliis admittere soles:
Astitit: & blande mariam cytherea salutat:
Salve siderea proles angusta serenæ:
Magnorum soboles regum: parituraq; reges
Te propter paphias ædes: cyprumq; reliqui.
Te propter libuit tantos explere labores:
Et tantum transnasse maris. ne uilior ultra
Priuatos patiare lares: neu tempore longo
Dilatos iuuenis nutriret Honorius ignes.
Accipe fortunam. generis diadema resume.
Quod tribuas natis: & in hæc penetralia rursus:
Vnde parens progressa. redi. fac nulla subesse
Vincula cognata: quamuis aliena fuisses
Principibus: regnum poteras hoc ore mereri:
Quæ propior sceptris facies? quis dignior aula
Vultus erit? non labra rosæ: non colla pruina:
Non crines æquant uiolæ: non lumina flammæ:
Quam uincto leuiter sese discrimine confert
Vmbra supercilii? miscet quam iusta pudorem
Temperies? nimio nec sanguine candor abundat:
Auroræ uincis digitos: humerosq; dianæ.
Ipsam iam superas matrem: si bacchus amator
Dotali potuit cælum signare corona:
Cur nullis uirgo redimitur pulchrior astris?
Iam tibi mollitur stellantia ferta bootes:
Inq; decus Mariæ iam sidera parturit æther.
Odigno nectenda uiro: tantiq; per orbem
Confors imperii: iam te uenerabitur ister.
Nomen adorabunt populi. iam rhenus: & albis
Seruiet. in medios ibis regina sicambros.
Quid numerem gentes? athlantaosq; recessus
Occeani? toto pariter dotabere mundo.
Dixit: & ornatus dederat quos nuper orantes
Nereides collo membrisq; micantibus aptat.
Ipsa caput distinguit acu. substringit amictus:

Flammea uirgineis accomodat ipsa capillis.
Ante fores iam pompa sonat: pilentaq; sacra
Preradiant ductura nurum. calet obuius ire
Iam princeps: tardumq; cupit discedere solem.
Nobilis haud aliter sonipes quem primus amoris
Sollicitauit odor: tumidus quatiensq; decoras
Curuata ceruice iubas: pharsalia rura
Peruolat: & notos hinnitu flagitat amnes
Naribus accensus. mulcet foecunda magistros
Spes gregis: & pulchro gaudent armenta marito.
Candidus interea positus exercitus armis
Exultat socerum iuxta nec signifer ullus:
Nec miles pluuiæ flores dispergere ritu
Cessat: purpureoq; ducem perfundere nimbo:
Hæc quoq; uellati lauro: myrtoq; canebant:
Diue parens seu te complectitur axis olympi:
Seu colis helisias animarum præmia ualles:
En promissa tibi Stilico iam uota peregit:
Iam gratæ rediere uices connubia pensant
Acceptum reddit thalamum: natoq; reponit:
Quod dederat genitor. nunq; te sancte pigebit
Iudicii: nec te pietas suprema fefellit:
Dignus cui leges: dignus cui pignora tanti
Principis: & rerum cōmēdarentur habenæ.
Dicere possemus quæ prælia gesta sub hemo:
Quæq; cruentarint fumantem strimona pugna:
Quam notus clipeo: quanta ui fulminet hostem:
Ni prohiberet hymen: quæ tempestiua relatu
Nunc canimus. quis consilio: quis iuris & æqui
Nosse modum melior? quod semper disilit: in te
Conuenit: ingenio robur: prudentia forti
Fronte quis æquali? quem sic romana decerent
Culmina? sufficerent tantis quæ pectora curis?
Stes licet in populo: clamat quicumq; uidebit:
Hic ille est Stilico: sic te testatur: & offert
Celsa potestatis speties. non uoce feroci:

Non alto simulata gradu: non improba gestu.
 Affectant alii quicquid fingi: laborant.
 Hæc donat natura tibi: pudor emicat una:
 Formosusq; rigor: uultusq; auctura uerendos.
 Canicies festina uenit: consorte remota
 Contingit grauitas senii: uiresq; iuuentæ
 Vtraq; te cingit propriis insignibus ætas.
 Ornatur fortuna uiro. non ulla nocendi
 Tela: nec infecti iugulis ciuilibus enses:
 Non odium terrore moues: nec frena resoluit
 Gratia: diligimus pariter: pariterq; timemus.
 Ipse metus te noster amat: iustissime legum
 Arbiter: egregiæ pacis fidelissime custos
 Optime ductorum: fortunatissime patrum:
 Plus iam: plus domino cuncti debere fatemur
 Quod gener est inuicte tuus: Vincire coronam:
 Inscire te nostris contempto iure choreis.
 Sic puer Eucherius superet uirtute parentum:
 Aurea sic uideat similes thermantia tædas.
 Sic uterus crescat Maria: sic natus in ostro
 Paruus Honoriades genibus confidet auitis.

CLAUDIANI PRAEFATIO IN TERTIVM
 Consulatum Honorii Augusti.

ARVOS NON AQVILIS FAS EST
 educere foetus.
 ANTE FIDEM SOLIS: IVDICIUM
 q; poli.

Nam pater excusso saliit quum germine proles:
 Quaq; maternus rupit huius tepor:
 Protinus implumes conuertit ad aethera nidos:
 Et recto flammam imperat ore pati.
 Consulit ardentem radios: & luce magistra
 Natorum uires: ingeniumq; probat.

Degeneres refugo torſit qui lumine niſus:
Vnguibus hunc ſæuis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes:
Sufſtinuitq; acie nobiliore diem.
Nutritur: uolucrumq; potens: & fulminis hæres
Geſtus ſummo tela triſulca ioui.
Me quoq; pieriis tentatum ſæpius antris
Audet magna ſuo mittere roma deo.
Iam dominas aures: iam regia teſta meremur:
Et chelis auguſto iudice noſtra ſonat.

CLAVDIANI PANAGYRIS DE TERTIO
Conſulatu Honorii Auguſti.

TPRTIA ROMVLEI SVMANT
t exordia faſces:
Terq; tuas ducat bellatrix Roma cur u
les.

Feftior annus erat: cinctuſq; imitata gabinos:
Diues hidæſpæis augeſcat purpura gemmis.
Succedant armis trabæ: tentoria liſtor
Ambiat: & latæ redeant ad ſigna ſecures.
Tuq; o qui patrium curis æqualibus orbem
Eo cum fratre regis: procéde ſecundis:
Alitibus: phœbiq; nouos ordire meatus:
Spes uotumq; poli: quem primo a limine uitæ
Nutrix aula fouet: ſtriſtis quæ fulgida telis
Inter laurigeros aluerunt caſtra triumphos.
Ardua priuatos neſcit fortuna penates:
Et regimen cum luce dedit: cognata poteſtas
Excepit tyrio uenerabile pignus in oſtro:
Luſtrauitq; tuos aquilis niſtricibus ortus
Miles: & in mediis cunabula præbuit haſtis.
Te naſcente ferox toto germania rheno
Intremuit: mouitq; ſuas formidine ſyluas
Caucaſus: & poſitis numen conſeſſa pharetris.

Ignauas meroe traxit de crine sagittas.
Reptasti per signa puer. regumq; recentes
Exuuiæ tibi ludus erant: primusq; solebas
Aspera complecti toruum post prælia patrem.
Signa triumphato quotiens flexisset ab istro
Arctoa de strage calens: & poscere patrem
De spoliis scythicos arcus: aut rapta gelonis
Cingula: uel iaculum daci: uel frena sueui.
Ille coruscanti clipeo te sæpe uolentem
Sustulit arridens: & pectore pressit anhelos
In trepidum ferri: galeæ nec triste timentem
Fulgur: & ad summas tendentem brachia crissas
Tunc sic lætus ait. rex o stellantis olympi
Talis perdomito redeat mihi filius hoste
Hyrcanas populatus opes. aut cæde superbus
Assyria: sic ense rubens: sic flamine crebro
Turbidus: & grato respersus puluere belli.
Armaq; gauiso referat captiua parenti.
Mox ubi firmasti recto uestigia gressu:
Non tibi desidias molles: nec marcida luxu
Ocia: nec somnos genitor permisit inertes:
Sed noua per duros instruxit membra labores:
Et cruda teneras exercuit indole uires.
Frigora sæua pati: grauibus non cedere nimbis
Aestiuum tolerare iubar: transmare sonoras
Torrentum furias: ascensu uincere montes
Planiciem cursu: ualles: & concaua saltu:
Nec non in clipeo uigiles perducere noctes:
In galea portare niues: nunc spicula cornu
Tendere: nunc glandes baleari spargere funda:
Quoq; magis nimiū pugnae inflāmaret amorem:
Facta tui numerat aui quem littus adusta
Horrescit libyæ: ratibusq; imper uia thule
Ille leuis maior: nec falso nomine pictos
Edomuit: scotumq; uago mucrone sequutus
Fregit hiperboreas remis audacibus undas

Et geminis fulgens utroq; sub axe trophæis
Tethyos alternæ refluas calcavit harenas.
Hos tibi uirtutum stimulos. hæc semina laudum:
Hæc exempla dabat non ocius haussit achilles
Semiferi præcepta senis: seu cuspidis artes:
Siue lyre cantus: medicas seu disceret herbas.
Interea turbata fides: ciuilia rursus
Bella tonant: dubiumq; quatit discordia mundū.
Pro crimen superum: pro longi dedecus æui.
Barbarus hesperias exul possederat urbes:
Sceptraq; deiecto dederat romana clienti.
Iam princeps mollitur iter: gentesq; remotas
Colligit auroræ: tumidus quascunq; pererrat
Euphrates: quas lustrat halis: quas ditat orontes.
Turiferos arabum saltus: uada caspia mœdis:
Armenii phasim: parthi liquere nyphatem.
Quæ tibi nunc martis rabies: quantusq; sequedi
Ardor erat: quanto flagrabant pectora uoto:
Optatas audire tubas: campi: cruenta
Tempestate frui: truncisq; immergere plantas:
Vt leo: quem fuluæ martis spelunca tegebat:
Vberibus solitum pasci quum crescere sensit
Vngue pedes: & terga iubis: & dentibus ora
Iam negat imbelles epulas: & rupe relicta
Getulo comes ire pari: stabulisq; minari
Aestuat: & cæsi terga absorbere iuueni:
Ille uetat: rerumq; tibi commendat habenas;
Et sacro meritos ornat diademate crines:
Tantaq; se pietas rudibus ostentat in annis:
Sic ætas animo cessit: quererentur ut omnes
Imperim tibi sero datum. uictoria uelox
Auspiciis effecta tuis. pugnaſtis uterq;
Tu fatiſ: genitorq; manu: te propter & alpes
Inuadi faciles: cauto nec profuit hosti
Munitis hæſiſſe locis: ſpes irrita ualli
Concidit: & ſcopulis patuerunt clauſtra reuulſis.

Te propter gelidis aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies: reuolutaq; tela
Vertit in auctores: & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte deo: cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes: cui militat æther:
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.
Alpinæ rubuere niues: & frigidus amnis
Mutatis fumauit aquis: turbaq; cadentum
Staret ni: rapidus iuuisset flumina sanguis.
At ferus inuentor scelerum traiecerat altum
Non uno mucrone latus: duplexq; tepebat
Ensis: & ultrices in se conuerterat iras.
Tandem iusta manus: iam libertate reducta
Quamuis emeritum peteret natura reuerti
Numen: & auratas astorum panderet arces:
Nutaretq; oneri uenturo conscius atlas.
Distulit augustus cupido se reddere cælo:
Dum tibi pacatum præsentì traderet orbem
Nec mora bistoniis alacer consurgis ab oris
Inter barbaricas ausus transire cohortes.
Inpauido uultu linquis rhodopeia saxa
Orphæis animata modis. iuga deseris oetes
Herculeo damnata rogo. post Pelion intras
Nereis illustre choris. te pulcher enipheus:
Celsaq; Dodone stupuit: rursusq; loquuta
In te caoniæ mouerunt carmina quercus:
Illyrici legitur plaga littoris: arua teruntur
Dalmatiæ: phrygii numerantur stagna timaui.
Gaudent italiæ sublimibus oppida muris
Aduentu sacrata tuo. submissus adorat
Eridannus: blandosq; iubet mitescere fluctus
Et phaetontheas solitæ deflere ruinas:
Rosida frondosæ reuocant electra sorores.
Quanti tum iuuenes: quantæ spreuere pudorem:
Spectandi studio matres: puerisq; seueri
Certauiere senes: quum tu genitoris amico

Exceptus gremio: mediam ueherere per urbem:
Velaretq; pios communis laurea currus.
Quis non luciferum roseo cum sole uideri
Credidit? aut iunctum bromio radiare tonantem
Feruēt cristatis exercitus undiq; turmis:
Quisq; sua te uoce canens: præstringit athena
Lux oculos: nudiq; seges mauortia belli
Ingeminat splendore diem: pars nobilis arcu
Pars longe iaculis: pars comminus horrida cōtis:
Hi uolucres tollunt aquilas: hi picta draconum
Colla leuant: multusq; tumens per nubila serps
Iratu stimulan̄te noto: uiuitq; receptis
Flatibus: & uario mentitur sibila tractu.
Vt uentum ad sedes: cunctos discedere testis
Dux iubet: & generum compellat talibus ultro.
Bellipotens Stilico: cuius mihi robur in armis
Pace probata fides (quid enim per prælia gessi
Te sine?) quē merui te nō suadente triumphum?
Othrifium pariter getico foedauimus hebrum
Sanguine: dalmatias pariter pstrauimus alas
Rypheaq; simul fessos porreximus artus
In glacie stantemq; rota sulcauimus istrum:
Ergo age: me quoniam cælestis regia poscit:
Tu curis succede meis: tu pignora solus
Nostra foue: geminos dextra tu protege fratres.
Per confaguineos thalamos: noctemq; beatam
Per tædas quas ipsa tuo regina leuauit
Coniugio sociaq; uirum produxit ab aula.
Indue mente patrem: crescentes dilige fœtus
Vt ducis: ut soceri. iam iam securus ad astra
Te custode ferar. rupta si molle tiphoeus
Vndis profiliat. tityus si membra resoluat.
Si furor Incheladi proiecta mugiat ætna:
Opposito Stilicone cadent. nec plura loquutus:
Sicut. erat liquido signauit tramite nubes:
Ingrediturq; globum lunæ: lumenq; relinquit

Arcadis: & ueneris clementes peruolat aures.
Hinc phœbi permensus iter: flammamq; nocentem
Gradini: placidumq; Iouem: stetit arce suprema.
Argenti qua zona riget: saturnia tractu
Machina laxatur cæli: rutilæq; patescunt
Spôte fores: arctoa parat conuexa bootes
Australes referat portas succintus orion:
Inuitantq; nouum sidus: pendentq; uicissim:
Quas partes uelit ille sequi: quibus esse sodalis
Dignetur stellis: aut qua regione moueri.
O decus æthereum: terrarum gloria quondam:
Te tuus oceanus natali gurgite lassum
Excipit: & notis hispania proluit undis.
Fortunate parens: primus quum detegis ortus:
Aspicias arcadium: quum te procliuior urges
Occiduū uisus remoratur honorius ignes:
Et quocūq; uagos flectis sub cardine cursus:
Natorum per regna uenis: qui mente serena:
Maturoq; regūt iunctas moderamine gentes:
Sæcula qui rursus formant meliore metallo.
Luget auaricies stygiis innexa catenis:
Cūq; suo demens. expellitur ambitus auro:
Non dominātur opes: non corrūpentia sensus
Dona ualent: emitur sola uirtute potestas.
Vnanimi fratres: quorū mare: terraq; fatis
Debentur: quicūq; manus euasit auitas
Quod superest patri: uobis iam mulciber arma
Præparat: & sicula cyclops incude laborat.
Brontes innumeris exasperet ægida signis:
Altum fulminea crispare in casside conum:
Festinat steropes: nectit thoraca pyragmon:
Ignifluisq; gemit lipare fumosa cauernis.
Vobis ionia uirides neptunus in alga
Nutrit equos: qui sūma freti per cæcula possint
Ferre uiam: segetemq; leui percurrere motu:
Nesciat ut spumas: nec proterat ungula culmos.

Iam uideo babylona rapi: parthūq; coactum
Non ficta trepidare fuga. iam bacra teneri
Legibus: famulis gangem palefcere ripis:
Gematofq; humilem difpergere perfida cultus;
Ite per extremū tanaim: pigrosq; triones:
Ite per ardentem libyam. fuperare uapores
Solis: & arcanos nili deprehendite fontes
Herculeū finem bacchi tranfcurre metas
Veftri iuris erit quicquid complectitur axis
Vobis rubra dabunt preciosas æquora choncas
Indus ebur: ramos panchaia: uellera ferēs.

CLAVDIANI PANÆGYRIS de quarto con
folatu Honorii Aug.

VSPICIIS ITERVM SE SE REGA
libus annus

INDVIT: ET, NOTA fruitur iactan
tior aula:

Limina nec paffi circum priuata morari.
Exultant reduces angufto confule fafcēs.
Cernis ut armorū proceres: legumq; potentes
Patricios fumunt habitus: & more gabino
Discolor incedit legio: pofitifq; parumper
Bellorū fignis: fequitur uexilla quirini.
Licitori cadunt aquilæ: ridetq; togatus
Miles. & in mediis effulget curia caftreis:
Ipfa palatino circumuallata fenatu
Iam trabeam bellona gerit: parmamq; remouit
Et galeam: facras humeris ueftura curules:
Nec te laurigeras pudeat gradiue fecures
Pacata geftare manu: latiaq; micantem
Loricam mutare toga: dum ferreus hæret
Currus: & eridani ludunt per prata iugales
Haud indigna coli: nec nuper cognita marti
Vlpia progenies: & quæ diademata mundo

Sparsit ibera domus: nec tantam uisior unda
Promeruit seriem gentis: cunabula fonit
Oceanus: terræ dominos: pelagi: & futuros
Immenso decuit rerum de principe nasci.
Hinc processit auus: cui post arctoa frementi
Classica massilas adnexuit africa lauros.
Ille caledoniis posuit qui castra pruinis:
Qui medios libyæ sub casside pertulit æstus.
Terribilis mauro: debellatorq; britanni
Littoris: ac pariter boreæ uastator: & austri.
Quid rigor æternus? cæli quid sidera profunt?
Ignotūq; fretum? maduerunt saxone fuso
Orcades: incaluit piætonum sanguine thule.
Scotorum cumulos fleuit glacialis hyberne.
Quis calor obsistit forti? per uasta cucurrit
Aethiopum: cinxitq; nouis atlanta manipulis.
Virgineum tritona bibit: sparsosq; uenenis
Gorgoneos uidit thalamos: & uile uirentes
Hesperidum risit: quos ditat fabula ramos.
Arx incensa iubæ rabies maurusia ferro
Cessit: & antiqui penetralia diruta bochi.
Sed laudes genitor longe transgressus auitas
Subdidit oceanum sceptris: & margine cæli
Clausit opes: quantum distant a tigride gades.
Inter se tanais quantum nilusq; relinquunt:
Hæc tamen innumeris per se quæsitæ trophæis
Non generis dono: non ambitione potitus
Digna legi uirtus. ultro se purpura supplex
Obtulit: & solus meruit regnare rogatus.
Nā quum barbaries penitus cōmota gementem
Irrueret rhodopen: & mixto turbine gentes.
Iam deserta suas in nos transfunderet arctos:
Danubii totæ uomerent quum prælia ripæ:
Quū geticis ingēs pmeretur mysia plaustris:
Flaua & bistonios operirent agmina campos
Omnibus af flictis: & uel labentibus idu;

Vel prope casuris. unus tot funera contra
Restitit: extinxitq; faces: agrosq; colonis.
Reddidit: & lati rapuit de faucibus urbes.
Nulla relicta foret romani nominis umbra:
Ni pater ille tuus: iam iam ruitura subisset
Pondera: turbatamq; ratem: certa q; leuasset
Naufragium cōmune manu: Velut ordie rupto:
Quū procul isanæ traherēt phaetōta quadrigæ:
Sæuiretq; dies: terramq; & stagna propinqui
Haurirent radii: solito cum murmure toruus
Sol occurit equis qui postq; rursus heriles
Agnouere sonos: rediit meliore magistro
Machina: concentusq; poli: rursusq; recepit
Imperium: flāmæq; modum. Sic traditur illi:
Seruaturq; oriens: at non pars altera rerum
Tradita: bis possessa manu: bis parta periclis
Per uarium gemini scelus erupere tyranni
Tractibus occiduis. hunc sæua britannia fudit:
Hunc: sibi germanus famulum delegerat exul:
Ausus uterq; nefas. domini respersus uterq;
In fontis iugulo: nouitas audere priori
Suadebāt. tantūq; dabant exempla sequenti.
Hic noua moliri præceps. hic quærere tuta
Prouidus: hic fulis: collectis uiribus ille:
Hic uagus excurrent: hic inter claustra reductus
Dissimiles: sed morte parens: euadere neutri
Dedecus: aut mixtis licuit procumbere telis:
Amisssa specie: raptisq; insignibus ambo
In uultus rediere suos: manibusq; reninctis
Oblati: gladiis submitunt colla paratis:
Et uitam ueniamq; rogant. pro damna pudoris:
Qui modo tam densas nutu mouere cohortes:
In quos iam dubius sese libratierat orbis.
Non hostes uictore cadunt: sed iudice fontes
Damnat uoce reos. petit quos matre tyrannos:
Amborum periire duces. hic sponte carina

Decidit in fluctus. illum suus abstulit ensis:
Hunc alpes: hunc pontus habet: solatia caesis
Fratribus: hæc ultor tribuit necis: auctor uterq;
Labitur: augustas par uictima mitigat umbras.
Has dedit inferias tumulis: iuuenūq; duorum
Purpureos merito placauit sanguine manes
Illi iusticiam confirmauere triumph
Præsentis docuere deos: hinc sæcula discant
Indomitum nihil esse pio: tutumue nocenti
Nuncius ipse sui longas incognitus egit
Præuento rumore uias: inopinus utrumq;
Perculit: & clausos montes ut plana reliquit
Extruite immanes scopulos. attollite tures:
Cingite uos fluuiis: uastasq; opponite syluas:
Garganum alpinis: apeninumq; niualet:
Permixtis sociare iugis: & rupibus hemum
Addite caucaseis: inuoluite pelion offæ:
Non dabitis murum: scelerei qui uindictat ibit:
Omnia subsident meliori peruia causæ.
Nec tamen oblitus ciuem: cadentibus atrox
Partibus infremuit. non insultare iacenti
Mallebat: mitis precibus: pietatis abundans
Pœnæ parcus erat. paci non intulit iram
Post acies odiis idem qui terminus armis
Profuit hoc uincente capi: multosq; subactos
Aspera laturæ commendauere catena:
Magnarum largitor opum: largitor honorum
Pronus: & in melius gaudens conuertere fata.
Hinc amor: hinc ualidum: deuoto milite robur:
Hinc natis mansura fides. hoc nobilis ortu
Nasceris: æquæua cum maiestate creatus:
Nullaq; priuatæ passus contagia fortis.
Omnibus acceptis ultro te regia solum
Protulit: & patrio felix adolescens in ostro:
Membraq; uestitu nunquā temerata profano
In sacros cecidere sinus. hispania patrem

Auriferis eduxit aquis. te gaudet alumno
Bosporus: hesperio de limine surgit origo:
Sed nutrix aurora tibi. pro pignore tanto
Certatur: geminus ciuem te uedicat axis
Herculis: & bromii sustentat gloria thebas.
Hæsit apollineo delos latonia partus:
Cretaq; se iactat tenero reptata tonantis
Sed melior delo: dictæis clarior oris:
Quæ dedit hoc numen regio: non littora nostro
Sufficerent angusta deo: nec inhospita cynthi
Saxa: tuos artus duro læsere cubili
Accliuus genitrix auro: circumflua gemmis:
In tyriis enixa toris: ululata uerendis
Aula puerperiis: quæ tunc documenta futuri?
Quæ uoces anium? quanti per inane uolatus?
Quis uatû discursus erat? tibi corniger hāmon:
Et dudum taciti rupere silentia delphi:
Te persæ cecinere magi. te sensit hetruscus
Augur: & inspectis babylonius horruit astris.
Chaldæi stupuere senes: cumanaq; rursus
Intonuit rupes rabidæ delubra sibyllæ.
Nec te progenitum cibeletus aere sonoro
Lustrauit coribas exercitus undiq; fulgens
Astitit: ambitar signis augustior infans:
Sensit adorantes galeas: redditq; ferocem
Vagitem lituis. uitam tibi contulit idem:
Imperiumq; dies: inter cunabula consul
Perueheris signans posito modo nomine fastos:
Donaturq; tibi: quite produxerat: annus.
Ipsa quirinali paruum te cinxit amictu
Mater: & ad primas docuit reptare curules
Vberius sanctis: immortalisq; deorum
Crescis: adoratus gremio. tibi sæpe diana
Mænalios arcus: uenatricesq; pharetras
Suspendit puerile decus: tu sæpe mineruæ
Lusisti clipeo: fuluamq; ipune pererrans

Aegida: tractasti blandos interitus angues.
Sæpe tuas etiam iam tum gaudente marito
Velauit regina comas: festinaq; uoti
Præsumptum diadema dedit. tum læuibus ulnis
Sustulit: & magno porrexit ad oscula patri:
Nec dilatus honos mutatus principe cæsar:
Protinus æquaris fratri: nec certius unq;
Hortati superi. nullis præsentior æther
Affuit ominibus: tenebris inuoluerat atris
Lumē hyems: dēfosq; notus collegerat hymbres:
Sed mox quum solita miles te uoce leuasset
Nubila dissoluit phœbus: pariterq; dabantur
Sceptra tibi: mundoq; dies caligine liber
Bosporus aduersam patitur calcedona cerni.
Nec tantum uicina nitent: sed tota repulsis
Nubibus exuitur thrace: pangea renident.
Insuetosq; palus radios mæotica uibrat:
Nec boreas nimbos: aut sol ardentior egit:
Imperii lux illa fuit. præfagus obibat
Cuncta nitor: risitq; tuo natura sereno:
Visa etiam medio populis mirantibus audax
Stella die: dubitanda nihil: nec crine retuso
Languida: sed quantus numeratur nocte bootēs:
Emicuitq; plagis alieni temporis hospes
Ignis: & agnosci potuit quum luna lueret
Siue parens augusta fuit: seu forte reluxit
Diuus auus: seu te claris properantibus astris
Cernere: sol patiens cælum commune remisit.
Apparet quid signa ferant. uentura potestas
Claruit ascanio: subita quum luce comarum
Innocuus flagraret apex: phrygioq; uolutus
Vertice: fatalis redimiret tempora candor.
At tua cælestes illustrant omina flammæ:
Talis ab idæis primæuus iuppiter antris
Possessi stetit arce poli: famulosq; recepit
Natura tradente deos. lanugine nundum

Vernabant nultus: nec adhuc per colla fluebant
Moturæ conuexa comæ. tum scindere nubes
Discebat: fulmenq; rudi torquere lacerto.
Lætior augurio genitor natisq; superbus
Iam paribus: duplici fultus consorte redibat:
Splendebatq; pio complexus pignora curru:
Haud aliter summo gemini cum patre lacones
Progenies ledæa sedent: in utroq; relucet
Frater: utroq; soror. similis chlamys effluit auro:
Stellati pariter crines. iuuat ipse tonantem
Error: & ambiguae placet ignorantia matri.
Eurotas proprios discernere nescit alumnos.
Vt domus excepit reduces: ibi talia tecum
Pro rerum stabili fertur ditione loquutus.
Si tibi parthorum solium fortuna dedisset
Chære puer: terrisq; procul uenerandus eo is
Barbarus arfacio consurgeret ore thiaras:
Sufficeret sublime genus: luxuq; fluentem
Deside: nobilitas posset te sola tueri
Altera romanæ longe rectoribus aulæ
Conditio: uirtute decet. non sanguine niti
Maior: & utilior facto coniuncta potenti
Vile lauens uirtus quid enim submersa tenebris
Proderit? obscuro ueluti sine remige puppis:
Vel lyra quæ reticet: uel qui non tenditur arcus:
Hanc tamen haud quisq; qui nō agnouerit ante
Semet: & incertos animi placauerit æstus
Inueniet: longis illuc ambagibus itur.
Disce orbis quod quisq; sibi quū conderet artus
Nostros: æthereis miscens terrena prometheus
Synceram patri mentem furatus olimpo.
Continuit claustris: indignantemq; reuinxit.
Et quum non aliter possent mortalia fingi
Adiunxit geminas: illæ cum corpore lapsæ
Intereūt: hæc sola manet: bustoq; superstes
Euolat: hanc alta capitis fundauit in arce

Mandatricem operum:prospecturamq; labori.
Illas inferius collo:præceptaq; summæ
Passuras dominæ:digna statione locauit.
Quippe opifex ueritus cōfundere sacra pphanis
Distribuit partes animæ:sedesq; remouit
Iram sanguinei regio sub pectore cordis
Protegit:imbutam flammis:auidamq; nocendi:
Precipitemq; sui rabie succensa tumescit.
Contrahitur stupefacta metu:quūq; omia secum:
Duceret:& requiem membris uesana negaret:
Inuenit pulmonis opem:madidumq; fluenti
Præbuit:ut tumidæ ruerent in mollia fibræ.
At sibi cuncta petens:nil collatura cupido
In iecur:& tractus imos compulsæ recessit.
Quæ uelut immanes referat dum bellua rictus
Expleri:pasciq; nequit.nunc uerbere curas
Torquet auariciæ stimulis nunc flagrat amorum:
Nunc gaudet:nunc mœsta dolet:faciataq; rur sus
Exoritur:cæsaq; redit pollentius hydra.
Hos igitur potuit siquis sedare tumultus
Inconcussa dabit puræ sacraria menti.
Tu licet extremos late dominere per indos
Te medus:te mollis arabs.te feres adorent.
Si metuis:si parua cupis:si duceres iras
Seruitii patiare iugum.tolerabis iniquas
Interius leges:tunc omnia iure tenebis:
Quum poteris rex esse tui:procliuior usus
In peiora datur:suadetq; licentia luxum:
Illecebrisq; effræna fauet.tunc uiuere caste
Asperius:quum prompta uenus.tum durius iræ
Cōsulimus:quū pœna patet.sed cōprime motus
Nec tibi quid liceat:sed quid fecisse decebit
Occurrat:mentemq; domet respectus,honesti.
Hoc te preterea crebro sermone monebo:
Ut te totius medio telluris in orbe
Viueret cognoscas:cunctis tua gentibus esse

Facta palam: nec posse dari regalibus usq;
Secretum uitiis nam lux altissima fati
Occultum nil esse finit: latebraeq; per omnes
Intrat: & obtrusos implorat fama recessus.
Sis pids in primis: nam quū uincamur in omni
Munere. sola deos æquat clementia nobis.
Neu dubie suspectus agas: neu falsus amicis
Rumorame uidus: qui talia curat inanes:
Horrebit strepitus: nulla non anxius hora.
Non sic excubiæ: nec circumstantia pila:
Quam tutatur amor: non extorquebis amari.
Hoc alterna fides: hoc simplex gratia donat.
Nonne uides operum qui se pulcherrimus ipse
Mundus amore ligat: nec ui connexa per æuum
Conspirant elementa sibi: qui limite phœbus
Contentus medio: contentus littore pontus:
Et qui perpetuo terras ambitq; uehitq;
Nec premat incumbens oneri: nec cesserit aer.
Qui terret plus ipse timet. fors ista tyrannis
Conuenit: inuideat claris: fortesq; trucidant.
Muniti gladiis uiuant: septiq; uenenis
Ancipites habeant artes: trepidiq; minentur.
Tu ciuem patremq; geras: tu consule cunctis
Nec tibi: nec tua te moueant: sed publica uota
In commune iubes siquid: censetq; tenendum:
Primus iussa subi: tunc obseruantior æqui
Fit populus: nec ferre uetat: quum uiderit ipsum
Auctorem parere sibi: componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta ualent: quam uita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe uulgus.
His tamen effectis: nec fastidire minores:
Neu pete præscriptos homni trāscendere fines.
Inquinat egregios adiuncta superbia mores.
Non tibi tradi dimus dociles seruire sabæos
Armenia dominum: nec te præfecimus oræ:

Nec damus assyriam: tenuit quā foemina: gētem.
Romani: qui cuncta diu rexere: regendi.
Qui nec tarquinii fastus: nec iura tulere
Cæsaris: annales ueterum delicta loquuntur.
Hærebant macula: quis non per secula damnat
Cæsareæ portenta domus: quam dira neronis
Funera: quam rupes caprearum tetra latebit
Incesto possessa seni: uictura feretur
Gloria traiani: non tā qui tigride uicto
Nostra triumphati fuerat prouincia parthi.
Alta quod inuectus fractis capitolia daxis
Quam patriæ quod mitis erat: nec desine tales
Nate sequi. si bella tonant: prius agmina duris
Exerce studiis: & sæuo præstrue marti.
Non brumæ requies: non hybernacula segnes
Eneruent torpore manus. ponenda salubri
Castra loco: præbenda uigil custodia uallo.
Disce ubi densari cuneus: ubi cornua tendi
Aequius: aut iterum flecti: quæ montibus aptæ:
Quæ campis acies: fraudi quæ accomoda uallis
Quæ uia difficilis: fudit si mœnibus hostis:
Tum tibi murali libretur machina pulsu:
Saxa rotet præceps aries: prætectaq; portas
Testudo feriat: ruat emersura iuuentus
Effossi per operta soli. si longa moretur
Obsidio: tum uota caue secura remittas:
Inclusumue putes: multis damnosa fuere
Gaudia: dispersi pereunt: somnoq; soluti
Sæpius incauta nocuit uictoria turbæ.
Neu tibi regificis tentoria larga redundant
Deliciis. non imbelles ad signa ministros
Luxuries armata trahat: neu flantibus austris
Neu pluuiis cædas: neu defensura calorem
Aurea sumoueant rapidos umbracula soles:
Inuentis utare cybis: solabere partes
Aequali sudore tuas si collis iniquus

Primus ini: sylvam si cedere prouocat usus.
Ne pudeat sumpta quercum strauisse bipenni:
Calcatur si pigra palus: tuus ante profundum
Prætentet sonipes: fluuios tu protere curru
Hærentes glacie: liquido tu scinde natatu:
Nunc eques in medias equitū te confere turmas:
Nunc pedes assistas pediti: tum promptius ibunt
Te socio: tum conspicuus gratusq; geretur
Sub te teste labor: dicturum plura parentem
Voce subis: equidē faueant modo numina cœptis
Hæc effecta dabo: nec me fratriq; tibiq;
Dissimilem populi: cōmissaq; regna uidebunt:
Sed cur non potius uerbis quæ differis usu
Experior? gelidas certe nunc tendis in alpes:
Duc tecum comitē: figant sine nostra tyrannum
Spicula. pale scat nostro sine barbarus arcu.
Italiam ne feram furiis prædonis acerbi
Subiectam? patiar romam seruire clienti?
Vsq; adeo ne puer: nec me polluta potestas
Nec pia cognati tanget uindicta cruoris?
Per strages equitare libet. da protinus arma:
Cur annos obliuiscis: pugnae cur arguor impar?
Aequalis mihi pyrrhus erat: quū pergama solus
Verteret: & patri non degeneraret achilli
Deniq; si princeps castris hædere nequibo.
Vel miles ueniam: delibat dulcia nati
Oscula: miratusq; refert. Laudanda petisti.
Sed festinus amor: ueniet robustior ætas:
Ne propera: nec dum decimas emensus aristas
Aggrederis metuenda uiris: uestigia magnæ
Indolis agnosco: fertur pelleus eoum
Qui domuit Porum: quū p̄spera sæpe Philippi
Audiret: latos inter fleuisse sodales:
Nil sibi uincendum patris uirtute relinqui.
Hos uideo motus: fas sit promittere patri:
Tantus eris: nostro nec debes regna fauori:

Quæ tibi iam natura dedit. sic mollibus olim
Stridula ducturum pratis examina regem:
Nascentem ueneratur apes: & publica mellis
Iura petunt: traduntq; fauos. sic pascua paruus
Vendicat: & nec dum firmatis cornibus audax
Iam regit armentum uitulus. sed prælia differt
In uenerem: patiensq; meum cum fratre tuere
Me bellante locum. uos impacatus araxes:
Vos celer euphrates timeat. sit nilus ubiq;
Vester: & emissio quicquid sol imbuat ortu:
Si pateant alpes. habeat si causa secundos
Iustior euentus: aderis: partesq; receptas
Suscipies: animosa tuas ut gallia leges
Audiat: & nostros æquus modereris iberos.
Tunc ego securus fati: lætusq; laborum
Discedam uobis utrumq; regentibus axem:
Interea musis animus dum mollior instet:
Et quæ mox imitere legas: nec desinat unquam
Tecum graia loqui: tecum romana uetustas
Antiquos euolue duces: assuesce futuræ
Militiæ: latium retro te confer in æuum:
Libertas quæ sita placet. mirabere brutum
Perfidiam damnas metui faciabere pœnis:
Triste rigor nimius: torquati despue mores:
Mors impensa bonum: decios uenerare ruentes:
Vel solus quid fortis agat: te ponte soluto
Oppositus cocles: muti te flamma docebit
Quid mora perfringat. fabius quid rebus in artis
Dux gerat: ostendat gallorum strage camillus:
Discitur hinc nullos meritis obfistere casus:
Prorogat æternam feritas tibi punica famam.
Regule: successus superant aduersa catonis:
Discitur in quantum paupertas sobria possit:
Pauper erat curius: reges quum uinceret armis:
Pauper fabricius: pyrrhi cum sperneret aurum.
Sordida ferranus flexit dictator aratra:

Lustrata liſſore caſa: faceſq; ſalignis
Poſtibus aſſixit: collectæ conſule meſſes:
Et ſulcata diu trabeato rura colono.
Hæc genitor præcepta dabat: uelut ille carinæ
Longeuus rector: uariis quæ sæpe procellis
Explorauit hyems: ponto iam feſſus: & annis
Aequoreas alni nato commendat habenas.
Et caſus: artesq; docet: quo dextra regatur
Sidere: quo fluctus poſſit moderamine falli:
Quæ nota nimborum. quæ fraus infida ſerenis.
Quid ſol occiduus prodat: quo ſaucia uento
Decolor iratos attollat cynthia uultus.
Aſpice nunc quacūq; micas: ſeu circulus auſtri
Magne parens gelidi ſeu te meruere triones
Aſpice: completur uotum. iam natus adæquat
Te meritis: & quod magis eſt optabile: uincit
Diſcedens: clipeum: deſenſonemq; dediſti
Pro nobis nihil ille pati: nullūq; recuſat
Diſcrimen tentare ſui. non dura uiarum:
Non incerta maris: libyæ ſqualentis harenas
Audebit ſuperare pedes: madidaq; cadente
Pleiade: getulas intrabit ſirtibus undas:
Hunc tamen in primis populos lenire feroces:
Et rhenum pacare iubes: uolat ille citatis
Veſtus equis: nullaq; latus ſtipante caterua
Aſpera nubiferas qua rhetia porrigit alpes:
Pergit: & hoſtiles (tanta eſt fiducia) ripas
Incomitatus adit. totum properare per amnem
Attonitos reges humili ceruice uideres
Ante ducem noſtrum: ſlauam ſparſere ſicambri
Cæſariem: pauidoq; orantes murmure franci
Procubuere ſolo: iuratur honorius abſens:
Imploratq; tuum ſupplex alemania nomen.
Baſternæ uenere duces: uenit accola ſyluæ
Bructerus ercinæ: latiſq; paludibus exit
Cimbrus: & ingentes albi liquere cheruci.

Accipit ille preces uarias:tardeq; rogatus
Annuit:& magno pacem pro munere donat.
Nobilitant ueteres germanica foedera drusos:
Marte sed ancipiti:sed multis cladibus empta.
Quis uictum memininit sola formidine rhenum:
Quod longis alii bellis potuere mereri.
Hoc tibi dat Stiliconis iter:post ocia galli
Limitis:hortaris graias fulcire ruinas
Ionium tegitur uelis:uentiq; laborant
Tot curuare sinus:seruaturasq; corynthem
Prosequitur facili neptunus gurgite classes
Et puer isthmiaci iam pridem littoris exul
Secura repetit portus cum matre palæmon.
Castra cruore natant.moritur pellita iuuentus:
Pars morbo:pars ense perit:non lustra lycæi.
Non erymanthææ iam copia sufficit umbræ:
Innumeris exuta rogis:exutaq; ferro:
Sic flagrasse suas lætantur menala syluas
Excutiat cineres ephyre:sparthanus:& arcas
Tutior:exangues pedibus proculcet acervos
Fessaq; pensatis respiret græcia pœnis.
Gens qua non scythicos diffusior ulla tryones
Incoluit:cui paruus athos:angustaq; thrace
Cum transiret erat:per te uiresq; tuorum
Fracta ducum:lugetq; sibi iam rara superstes.
Et quorum turbæ spacium uix præbuit orbis:
Vno colle latent:sitiens inclusaq; uallo
Ereptas quæsiuit aquas:quas hostibus ante
Contiguas:alio Stilico deflexerat arcu:
Mirantemq; nouas ignota per aula ualles:
Iusserat aduerso fluuium migrare meatu:
Obuia quid mirum uinci?quum barbarus ultro
Iam cupiat seruire tibi:tua farmata discors
Sacramenta petit.proiecta fraude gelonus
Militat.in latios ritus transistis alani.
Ut fortes in marte uiros:animisq; paratos

Sic iustos in pace legis: longumq; tueris
Electos: crebris nec succedentibus urges
Iudicibus: notis regimur: fruimurq; quietis:
Militiæq; bonis: ceu bellatore quirino:
Ceu placido moderante numa: non iminet ensis.
Nullæ nobilium cædes: non crimina uulgo
Texuntur. patria mœstus non truditur exul.
Impia continui cessant augmenta tributi.
Non infelices tabulæ: non hasta refixas
Vendit opes auidis. emptor non uoce citatur
Nec tua priuatis crescunt æraria damnis
Munificus laudis: sed non es prodigus auri.
Perdurat non empta fides: nec pectora merces
Alligat: ipsa suo pro pignore castra laborant
Te miles nutritor amat. Quæ deniq; romæ
Cura tibi? quam fixa manet reuerentia patrum
Firmatur senium iuris: priscamq; resumunt
Canitiem leges: emendaturq; uetustæ:
Acceduntq; nouæ. talem sensere solonem
Res pandioneæ: sic armipotens lacedæmoni:
Que sub te uel causa grauis? uel iudicis error.
Nec legitur dubiis quis litibus addere finem
Iustior: & mersum latebris educere uerum.
Quæ pietas? quantusq; rigor? tràquillaq; magni
Vis animi? nulloq; leuis terrore moueri.
Nec noua mirari facilis? quæ docta facultas
Ingenii? linguæq; modus? responsa uerentur
Legati: grauiusq; latet sub moribus ætas
Quantus in ore pater? radiat quâ torua uoluptas
Frontis: & augusti maiestas grata pudoris
Iam patrias impleas galeas: iam cornus auita.
Tentatur: uibranda tibi promittitur ingens
Dextra rudimentis: romanaq; uota moratur.
Quis decor: incedis quotiens clypeatus: & auro
Squameus: & rutilus cristis: & casside maior?
Sic quum threicia primum sudaret in hasta

Flumina laterunt puerum rhodopeia matrem.
Quæ uires iaculis? uel quum gortynia tendis
Spicula: quam felix arcus: certiq; petitor
Vulneris: & iussum mentiri nescius ictum?
Scis quo more cydon? qua dirigat arte sagittas
Armenius: refugo quæ sit fiducia partho.
Sic amphionia pulcher sudore palestræ
Alcides pharetras: diræaq; tela solebat
Prætentare feris: olim domitura gigantes:
Et pacem latura polo: semperq; cruentus
Ibat: & alcmenæ prædam referebat ouanti.
Ceruleus tali prostratus apolline phyton
Implicuit fractis moritura uolumina syluis.
Quum uectaris equo: simulacraq; martia ludis:
Quis molles sinuare fugas: quis tendere contum
Acrior? aut subitos melior flexisse recursus?
Non te massagetæ: non gens exercita campo
Thessala: non ipsi poterunt æquare bimembres:
Vix comites alæ: uix te suspensa sequuntur
Agmina: feruentesq; tumēt post terga dracones:
Vtq; tuis primum sonipes calcaribus arsit:
Ignescunt patulæ nares: non sentit arenas
Vngula: discussæq; iubæ sparguntur in armos.
Turbantur phalera: spumosis moribus aurum
Fumat: anhelantes exundant sanguine gemmæ.
Ipse labor: puluisq; decet: confusaq; motu
Cæsaries: uestis radiato murice solem
Combibit: ingesto crispatur purpura uento.
Si dominus legeretur equis: tua posceret ultro
Verbera nereidum stabulis nutritus arion:
Seruiretq; tuis contempto castore frenis
Cyllarus: & flauum xanthus spreuisset achillem.
Ipse tibi famulas præberet pegafus alas:
Portaretq; libens: melioraq; pondera passus
Bellerophontæas indignaretur habenas:
Quin etiam uelox auroræ nuncius athon

Qui fugat hinnitu stellas: roseoque domatur
Lucifero: quoties equitem te cernit ab astris
Inuidet: inque tuis mauult spumare lupatis:
Nunc quoque quos habitus: quanta miracula popæ
Vidimus? ausonio quum iam succinctus amictu
Per ligurum populos solito conspectior ires?
Atque inter niueas alte ueherere cohortes:
Obnixisque simul pubes electa lacertis
Sidereum gestaret onus sic numina nymphis
In uulgus proferre solet: penetralibus exit
Effigies: breuis illa quidem: sed plurimus infra
Liniger: imposita suspirans ueste sacerdos
Testatur sudore deum. nilotica sistris
Ripa sonat: uariosque modos ægyptia ducit
Tibia: submissis admugit cornibus apis:
Omnis nobilitas: omnis tua sacra frequentat.
Tibridis: & latii soboles conuenit in unum
Quicquid in orbe fuit pcerum: quibus auctor honoris
Vel tu: uel genitor: numerofo consule, consul
Cingeris: & socios gaudes admittere patres
Illustri te prole tagus: te gallia doctis
Ciuiibus: & toto stipauit roma senatu.
Portatur iuuenum ceruicibus aurea sedes:
Ornatuque nouo grauior deus. asperat indus
Velamenta lapis: preciosaque fila smaragdis
Ducta uirent: amethystus inest: & fulgor iberus
Temperat arcanis hiacynthi cerula flammis.
Nec rudis in tali suffecit gratia textu.
Augeat acus meritum: picturatumque metallis
Viuat opus: multaque ornantur iaspide uultus.
Et uariis spirat nereia baccha figuris:
Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitiosa colus? uel cuius pectinis arte
Traxerunt solidæ gemmarum, stamina tellæ?
Inuia quis calidi scrutatus stagna profundi
Tethyos inuasit gremium? quis diuitis algæ

Germina: flagrant inter quæsiuit harenas.
Quis iunxit lapides ostro: quis miscuit ignes?
Sydonii rubriq; maris: tribuere colorem
Phoenices. serēs subtegmina. pondus hidaspes.
Hoc si mœonias cinctu graderere per urbes
In te pampineos præferret lydia tyrsos.
In te Nyssa choros. dubitarent orgia bacchi
Cui furrerent: irent blandæ sub uincula tigres.
Talis erythræis intextus nebrida gemmis
Liber agit currus: & caspia flectit eburnis
Colla iugis. satyri circum: crinemq; solutæ
Mænades. astringunt hederis uictricibus indos
Ebrius hostili uelatur palmite ganges.
Aspice mox lætum sonuit clamore tribunal.
Te fastos ineunte quater solennia ludit
Omnia libertas: deductum uindice morem
Lex celebrat: famulusq; iugo laxatus herili:
Ducitur: & grato remeat securior ictu
Tristis conditio pulsata fronte recedit
In ciuem. rubuere genæ: tergoq; remouit
Verbera: promissi felix iniuria uoti.
Prospera romulæis sperantur tempora rebus
In nomen uentura tuum: præmissa futuris
Dant exempla fidem. quotiens te cursibus æui
Prefecit: totiens accessit laurea patri.
Ausu danubium quondam transinare grotunni:
In lintres fregere nemus: tibi mille ruebant
Per fluuium plenæ cuneis immanibus alni.
Dux odotheus erat. tantæ conamina classis
Incipiens ætas: & primus contudit annus.
Submersæ federe rates fluitantia nunquam
Largius arctos pauere cadauera pisces.
Corporibus premitur pauce. per quinq; recurrēs
Hostia barbaricos uix egerit unda cruores.
Confessusq; pares odothei regis opima
Retulit: exuuiaq; tibi: ciuile secundis

Conficis auspiciis bellum. tibi debeat orbis.
Facta grutumorum: debellatumq; tyrannum.
Iffer sanguineos egit te consule montes:
Sed patriis olim fueras successibus auctor:
Nūc erit ipse tuis: semper uenere triumphi
Cum trabeis: sequiturq; tuos uictoria fasces.
Sis precor assidue consul: mariq; relinquo
Et senis augusti numerum: quæ gaudia mundi
Per tua lanugo quum serpere cœperit ora:
Quum tibi prodiderit festas nox p̄nuba tedas:
Quæ tali donata toro: quæ murice fulgens
Ibit in amplexus tanti regina mariti:
Quæ nam tot diuis ueniet nurus: omnibus aruis
Et toto dotanda mari: quantusq; feretur
Idem per zephyri metas hymenæus: & euri.
O mihi si liceat thalamis intendere carmen
Connubiale tuis: si te iam dicere patrem
Tempus erit: quū tu trans rhēni cornua uictor
Arcadius captæ spoliis babylonis honustus
Communem maiore toga signabitis annum:
Crinitusq; tuo sudabit fasce lyæus.
Ultima fraternas horrebunt bastrā secures.

CLAUDIANI. PROLOGVS IN PANAEGY-
RIM MANLI Theodorii con.

a VDEBIS NE: PRECOR. DOCTAE
subiecta cateruæ
INTER TOT PROCERES NOSTRA
thalia loqui?
Nec te fama uetat uero quam celsius actam
Vel seruasse labor: uel minuisse pudor.
An tibi continuis creuit fiducia castris?
Totaq; iam uatis pectora miles habet?
Culmina romani: maiestatemq; senatus:
Et quibus exultat gallia cerne uiros;

Omnibus audimur terris: mundiꝫ per aures
Ibimus: ha nimius consulis urget amor.
Iuppiter ut perhibent: spacium quū discere uellet
Naturæ: regni nescius ipse sui.
Armigeros utrimꝫ duos æqualibus alis
Misit ab eoꝝ occiduĩsꝫ plagis.
Parnasus geminos fertur iunxisse uolatus.
Contulit alternas phythius axis aues.
Princeps non aquilis terram cognoscere curat.
Certius in nobis æstimat imperium.
Hoc ego concilio collectum metior orbem.
Hoc uideo coetu quicquid ubiqꝫ micat.

CLAVDIANI PANAGYRIS IN CONSVLA
tum Manlii Theodori.

PSA QVIDEM VIRTVS PRECIũ
sibi: solaꝫ late
FORTVNAE SECVRA NITet: nec
fascibus ullis
Erigitur: plausuue petit clarescere uulgi.
Nil opis externæ cupiens: nil indiga laudis:
Diuitiis animosa suis: immotaꝫ cunctis
Casibus: ex alta mortalia despicit arce.
At tamen inuitam blande uestigat: & ultro
Ambit honor. docuit totiens a rure profectus
Lictor: & in mediis consul quæsitus aratris.
Te quoꝫ naturæ sacris: mundiꝫ uacantem
Emeritum pridem: desudatisꝫ remotum
Iudiciis: eadem rursus complexa potestas
Euehit: & reducem notis imponit habenis.
Accedunt trabes: nil iam theodore relictum.
Quo uirtus animo crescat: uel splendor honore.
Culmen utrimꝫ tenes: talem te protinus anni
Formauere rudes: & dignum uita curuli
Traxit iter: primæꝫ senes cessere iuuentæ.

Iam tunc canities animi: iam dulce loquendi
Pondus: & attonitas sermo qui duceret aures:
Mox undare foro uictrix opulentia linguæ:
Tutariq; reos. ipsa hæc amplissima sedes
Orantem stupuit bis laudatura regentem.
Hinc te pars libyæ moderantem iura probauit:
Quæ nunc tota probat: longi sed pignus amoris
Exiguæ peperere moræ: populumq; clientem
Publica mansuris testantur uocibus æra.
Inde tibi macedum tellus: & cōdita pellæ
Mœnia: quæ famulus quōdam ditauit hidaspes.
Tantaq; commissæ reuocasti gaudia genti
Mitibus arbitriis: quantum bellante philippo
Floruit: aut nigri cecidit quum regia porri.
Sed non ulterius te præbuit urbibus aula.
Malluit esse suum: terris edicta daturus
Supplicibus responsa uenis: oracula regis.
Eloquio creuere tuo: nec dignius unq;
Maiestas meminit sese romana loquutam.
Hinc sacræ mandantur opes: orbisq; tributa
Possessi quicquid fluuiis euoluitur auri:
Quicquid luce procul uenas rimata sequaces
Abdita pallentis fodit solertia beffi.
Ac uelut exertus lentandis nauita tonsis
Præficitur lateri custos. hinc ardua proræ
Temperat: & fluctus tempestatesq; futuras
Edocet: assiduo cum dorida uicerit usu:
Iam clauum: totamq; subit torquere carinam:
Sic quum clara diu rerum documenta dedisses
Non te parte sui: sed in omni corpore sumpsit
Imperium: cunctasq; dedit tellure regendos
Rectores. ispana tibi: germanaq; tethys
Paruit: & nostro diducta britannia mundo:
Diuersosq; tuas coluerunt gurgite uoces.
Lentus arar: rhodanusq; celer: & diues iberus:
O quotiens doluit rhenus. qua barbarus ibat

Quod te non geminis frueretur iudice ripis.
Vnius sit cura uiri: quodcunq; rubescit
Occasus: quodcunq; dies deuexior ambit.
Tam celer assiduos expleuit cursus honores.
Vna potestatum spaciis interfuit ætas:
Totq; gradus fati iuuenilibus intulit annis.
Postq; parta quies: & summum nacta cacumen
Iam secura petit: priuatun gloria portum
Ingenii redeunt fructus: aliq; labores.
Et uitæ pars nulla perit. quodcunq; recedit
Litibus: incumbit studiis: animusq; uicifim
Aut curam imponit populis: aut ocia musis.
Omnia cecropiæ relegis secreta senectæ:
Discutiens quid quisq; notum mandauerit æuo:
Quantaq; diuersæ producant agmina sectæ.
Namq; aliis princeps rerum disponitur aer:
Hic cōfudit aquis: hic procreat omnia flāmis.
Alter in ætnæas casurus sponte fauillas
Dispergit: reuocatq; deum: rursusq; receptis
Necit amiciciis quicquid discordia soluit.
Corporis hic damnat sensus: uerūq; uideri
Pernegat. hic semper lapsuræ pondera terræ
Conatur rapido cæli fulcire rotatu.
Accenditq; diem prærupti turbine saxi.
Ille ferox: unoq; tegi non passus olympo:
Immersum per inane uolat: finemq; perosus
Parturit innumeros angusto pectore mundos.
Hi uaga collidunt cæcis primordia plagis.
Numina constituunt alii: casusq; relegant.
Graiorum obscuras romanis floribus artes
Irradias: uicibus gratis formare loquentes
Suetus: & alterno uerum contexere nodo.
Quicquid socratico manauit ab ordine: quicqd
Docta cleantæ sonuerunt atria turbæ.
Inuentum quodcunq; tuo chrysippe recessu
Quicquid democritus risit: dixitq; tacendo

Pythagoras: uno se pectore cuncta uetustas
Condidit: & maior collectis uiribus exit.
Ornantur ueteres: & nobiliore magistro
In latium spretis academia migrat athenis:
Ut tandem proprius discat quo fine beatum
Dirrigitur: quæ norma boni: quis limes honesti.
Quæ nam membra sui uirtus diuisa domandis
Obiectet uitiiis: quæ pars iniusta recidat:
Quæ uincat ratione metus: quæ frænnet amores.
At quotiens elementa doces: semperq; fluentis
Materiæ causas: quæ uis animauerit astra.
Impleritq; choros. quo uiuat machina motu
Sidera quur septem retro nitantur in ortus
Obluctata polc: uariisq; meatibus idem
Arbiter: an gemine conuertant æthera mentes
Sit ne color proprius rerum: lucisq; repulsi
Eludant aciem: tumidos quæ luna recursus
Nutriat oceani. quo fracta tonitrua uento:
Quis trahat hymbriferas nubes. quo saxa creant
Grâdinis: unde rigor niuibis: quæ flabra p auras
Excutiant rutilos tractus: aut fulmina uelox
Torqueat: aut tristem figat crinita cometem.
Iam tibi cōpositâ fundauerat anchora puppim:
Telluris iam certus eras: facunda placebant
Ocia. nascentes ibant in sæcula libri;
Quum subito liquida cessantē uidit ab æthra
Iustitia: & tanto uiduatas iudice leges.
Coutinuo frontem lyombo uellata pudicam
Deserit autumnus portas: qua uergit in austrum
Signifer: & noctis reparant dispendia chele.
Pax auibus quacunq; uolant: rabiemq; frementes
Deposuerunt feræ: lætatur terra reuerso
Numine. quod prisca post tēpora perdidit auri.
Illa per occultum ligurum se moenibus infert:
Et castos leuibus plaustris ingressa penates
Inuenit æthereos signantem in puluere cursus.

Quos pia sollicitoprehendit pollice memphis:
Quæ moueant momenta polû: quâ certus i astris
Error: quis tenebras soli causisq; meantem
Defectum idicat numeris: quæ linea phœben
Damnet: & excluso pallentem fratre relinquat.
Vt procul aspexit fulgentia uirginis ora:
Cognouitq; deam: uultus ueneratur amicos.
Occurrit: scriptæq; notas confundit arenæ:
Tunc sic diua prior: manli sincera bonorum
Congeries: in quo ueteris uestigia recti:
Et ductos uideo mores meliore metallo.
Iam satis indultum studiis: musæq; tot annos
Eripuere mihi: pridem te iura reposcunt.
Aggredere: & nostro rursum te redde labori:
Nec tibi sufficiat transmissæ gloria uitæ
Humanum curare genus quis terminus unq;
Præscripsit: nullas recipit prudentia metas.
Adde quod hæc potuit multis contingere sedes:
Sed meritis tantum redeunt: actusq; priores
Commendat repetitus honor: uirtusq; reducit.
Quos fortuna regit: melius magnoq; petendum.
Credis: an abstrusa rerum ratione morari?
Scilicet illa tui patriam præcepta platonis
Erexere magis: quam qui responsa sequutus
Obruit eoas classes: urbesq; carinis
Vexit: & arsuras medo subduxit athenas.
Spartanis potuit robur præstare lycurgus
Matribus: & sexum leges uicere seueræ.
Ciuiibus & uetitis ignauo credere muro
Tutius obiecit nudam lacedæmona bellis.
An tot pythagoræ monitus animiq; silentes
Famosum oebalii luxum pressere tarenti.
Quis uero insignem tanto sub principe curam
Respuat: aut quando meritis maiora patebunt
Premia: quis demens adeo: qui iungere sensus
Cum stilicone neget: similem quæ pertulit ætas

1
Consilio uel Marte uirum? nunc Brutus amaret
Viuerē sub regno tali: succumberet aulæ
Fabricius: cuperent ipsi seruire catones:
Nonne uides ut nostra soror clementia tristes
Obtundit gladios? fratres amplexa serenos
Assurgat pietas? fractis ut lugeat armis
Perfidia? & laceris morientes crinibus hydri
Lambant inualido furiarum uincla ueneno?
Exultat cum pace fides. iam sidera cunctæ
Linquimus: & placidas iter discurremus urbes.
Nobiscum theocore redi. Subit ille loquentem
Talibus: Agrestem dudum me diua reuerti
Cogis: & infectum longi rubigine ruris
Ad tua signa uocas? nunq̃ mihi cura tot annis
Altera: quam duras sulcis mollire nouales.
Nosse soli uires: nemori quæ cōmoda rupes
Quis felix oleæ tractus: quæ gleba faueret
Frugibus: aut qualis tegetet uindemia colles
Terribiles rursum lituos ueteranus adibo?
Et desueta uetus tentabo cerula uector?
Collectamq; diu: & certis ut cunq; locatam
Sedibus: in dubium patiar deponere famam?
Nec me quid ualeat natura fortior usus
Præterit: aut quantum neglectæ defluat arti:
Desidis aurigæ non audit uerbera currus.
Nec manus agnoscit quem non exercuit arcum:
Esse sed iniustum fateor quodcunq; negatur
Iusticiæ: tu prima hominem siluestribus antris
Elicis: & fœdo detergis sæcula uictu:
Te propter colimus leges: animosq; ferarum
Exuimus: nitidis quisquis te sensibus hausit
Irruet intrepidus flammis: hyberna secabit
Aequora: confertos hostes superabit inermis.
Ille uel æthiopum pluuiis solabitur æstus.
Illum trans scythiam uernus comitabitur aer.
Sic fatus: tradente dea suscepit habenas.

Quatuor ingenti iuris temone refusas
Prima padū: tyberimq; ligat: crebrisq; micantē
Vrbibus italiam: lydos: pœnosq; secunda
Temperat: illyrico se tertia porrigit orbi
Vltima sardiniam cirnon: trifidamq; retentat
Sicaniam: & quicquid tyrrhena fuditnr unda
Vel gemit ionia. nec te tot limina rerum:
Aut tantum turbauit onus: sed ut altus olympi
Vertex: qui spacio uentos hyemesq; reliquit:
Perpetuum nulla temeratus nube serenum
Celsior exurgit pluuiis: auditq; ruentes
Sub pedibus nimbos: & rauca tonitrua calcat:
Sic patiens animus per tanta negocia liber
Emergit: similisq; sui: iustiq; tenorem
Flectere: non odium cogit: non gratia suadet.
Nam spretas quis opes: intactaq; pectora lucro
Commemoret fuerint aliis hæc forte decora.
Nulla potest laus esse tibi: quæ crimina purget.
Seruat inoffensam diuina modestia uocem.
Temperiem seruant oculi. nec lumina feruor
Asperat: aut rabidas diffundit sanguine uenas:
Nullaq; mutati tempestas proditur oris.
Quinetiam fontes expulsa corrigis ira:
Et placidus dilecta domas: nec dentibus unq;
Instrepis horrendū: fremitu nec uerbera poscis.
Qui fruitur pœna ferus est: legumq; uidetur
Vindictam prestare sibi: quum uiscera felle
Canduerint: ardet stimulis: ferturq; nocendi
Prodigus: ignarus causæ. diis proximus ille est:
Quem ratio: nō ira mouet: qui facta rependens
Consilio: punire potest mucrone cruento.
Se iactent alii: studeant feritate timeri
Addictosq; hominum cumulent araria censu.
Lene fluit nilus: sed cunctis amnibus extat
Vtilior: nullas confessus murmure uires.
Acrior: at rapidus tacitas prætermeat ingens

Danubius ripas: eadem clementia fœui
Gurgitis immēsum deducit in hostia gangem:
Torrentes immane fremant: lapsisq; minentur
Pontibus: inuoluant spumoso uertice siluas.
Pax maiora decet: peragit tranquilla potestas.
Quod uiolenta nequit: mandataq; fortius urget
Imperiosa quies. idem prædurus iniquas
Accepisse preces: rursus quæ digna petitul
Largitor facilis: nec quæ comitatur honores:
Aula tuam leuiter tentare superbia mentem.
Frons priuata manet: non se meruisse fatetur:
Qui creuisse putet: rigidi sed plena pudoris
Elucet grauitas fastu iocunda modesto
Quæ non seditio? quæ non insania uulgi.
Te uiso lenita cadat? quæ dissona ritu
Barbaries: media quam non reuerentia frangat?
Vel quis non fitiens sermonis mella politi:
Deferat orphæos blanda testudine cantus?
Qualem te legimus teneri primordia mundi
Scribentem: aut partes animæ: p singula talem
Cernimus: & similes agnoscit pagina mores.
Nec dilata tuis augusto iudice merces
Officiis: illumq; habitum: quo iungitur aulæ
Curia: qui socios procures cum principe nectit:
Quem pater ipse gerit: perfecto detulit anno.
Deposuitq; suas te succedente curules:
Crescite uirtutes: fœcundaq; floreat ætas.
Ingeniis patuit campus: certusq; merenti
Stat fauor: ornatur propriis industria donis.
Surgite sopitæ: quas obruit ambitus: arte.
Nil licet inuidiæ: Stilico dum prospicit orbi:
Sidereusq; gener. non hic uiolata curulis.
Turpia non latios incessant nomina fastos.
Fortibus hæc concessa uiris: solisq; gerenda
Patribus: & romæ nunq̃ latura pudorem.
Nuncia uotorum celeri iam fama uolatu

Mouerat aonios audito consule lucos:
Concinuitq; felix helicon:fluxitq; aganippe
Largior:& docti riserunt floribus amnes.
Vranie redimita comas:qua saepe magistra
Manlius igniferos radio descripserat axes:
Sic alias hortata deas.patimur ne sorores
Optato procul esse die:nec limina nostri
Consulis:& semper dilectas uisimus aedes?
Et fasces subiisse nouos?miracula plebi
Colligite:& claris nomen celebrate theatris:
Tu iouis æquorei submersam fluctibus aulam
Oratum uolucres erato iam perge quadrigas:
A quibus haud unq; palmam rapturus arion.
Illustret circum sonipes: quicunq; superbo
Perstrepit hinnitu betim:qui splendida potat
Stagna tagi:madidoq; iubas aspergitur auro.
Calliope liquidas alcidem posce palæstras.
Cuncta palæmoniiis manus explorata coronis
Adsit:& helæo pubes laudata tonanti.
Tu iuga taygeti:frondosaq; mænala clio
I:triuia supplex: non aspernata rogantem
Amphitheatriali faueat latonia pompæ.
Audaces legat ipsa uiros:qui corda ferarum
Arte ligent:certoq; premant uenabula nisu.
Ipsa truces foetus:captiuaq; ducat ab antris
Prodigia:& cædis sitientem differat arcum:
Conueniant urfi:magna quos molle ruentes
Torua lycaoniis helice miretur ab astris.
Perfossi q; ruant populo pallente leones.
Quales migdonio curru frenare cybelle
Optet:& herculei mallent fregisse lacerti.
Obuia fulminei properent ad uulnera pardi.
Semine per mixto geniti:quum forte leanae
Nobiliorem uterum uiridis corruptit adulter.
Hi maculis patres referunt:& robore matres.
Quicquid monstriferis nutrit getulia campis:

Alpina quicquid tegitur niue: gallica liquid
Sylua timet: iacet: largo ditescat arena
Sanguine: consument totos spectacula montes:
Nec molles egeant nostra dulcedine ludi:
Qui lætis risum salibus mouisse facetus:
Qui nutu: manibusq; loquax: cui tibia flatu:
Cui plectro pulsanda chelis: qui pulpita socco
Personat: aut alte graditur maiore cothurno.
Et qui magna leui detrudens murmura tactu
Innumeras uoces segetis moderatus ahenæ:
Intonat erranti digito: penitusq; trabali
Veste laborantes in carmina concitat undas.
Vel qui more auium sese iaculantur in auras:
Corporaq; ædificant celeri crescentia nexu:
Quorum compositam puer augmentatus i artē
Emicet: & uinctus plantæ uel curribus hærens
Pendula librato figat uestigia saltu.
Mobile ponderibus descendat pæγμα reductis:
Inq; chori speciem spargentes ardua flammæ
Scena rotet: uarios effingat mulciber orbes
Per tabulas impune uagus: pictæq; citato.
Ludant igne trabes: & non permissa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.
Lasciuui subito conflagrant æquore lembi:
Stagnaq; remigibus spument immersa canoris.
Consul per populos: idemq; grauissimus auctor
Eloquii: duplici uita subnixus in æuum
Procedat pariter libris fastisq; legendus
Accipiat patris exemplum: tribuatq; nepoti
Filius: & cœptis ne desit fascibus hæres.
Decurrat trabeata domus: tradatq; secures
Mutua posteritas: seruatoq; ordine fati
Manlia continuo numeretur consule proles.

CLAVDIANI PANAGYRIS IN LAVDES
STILICONIS.

CONTINVANT SVPERI PLENO

romana fauore

GAVDIA: SVCCESSVSque nouis
successibus augent.

Coniugii nec dum festinos gaudia cantus
Sopierant: cecinit fuso gildone: triumphus:
Et calidis thalami successit laurea fertis:
Sumeret ut pariter princeps nomenq; mariti:
Victorisq; decus. libyæ post prælia crimen
Concidit eorum: rursusq; oriente subacto
Consule defensæ surgunt stilicone secures.
Ordine uota meant. equidem si carmen in unū
Tantarum sperem cumulos aduoluere rerum.
Promptius imponam glaciali pelion offæ.
Si partem tacuisse uelim: quodcunq; reliquam:
Maius erit. ueteres actus: primamq; iuuentam
Prosequar: ad sese mentem præsentia ducunt.
Narrem inficiam: resplendet gloria martis.
Armati referam uires: plus egit inermis.
Quod floret latium: latio quod reddita seruit
Africa: uicinum quod nescit iberia maurum
Tuta quod imbellem miratur gallia rhenum:
An gelidam thracem: decertatosq; labores
Hebro teste canam: magnū mihi pādatur æquor:
Ipsaq; pierios lassant procliuia currus
Laudibus innumeris: etenim mortalibus ex quo
Tellus cœpta coli: nunq; sincera bonorum
Sors ulli concessa uiro: quam uultus honestat:
Et decorant mores: animus quē pulchrior ornat:
Corpus destituit. Bellis insignior ille:
Sed pacem fœdat uitiiis. hic publica felix
Sed priuata domus. partitum singula quemq;
Nobilitant. hūc forma decēs: hūc robur ī armis:
Hunc rigor: hunc pietas: illum solertia iuris:
Hunc soboles: castiq; tori: sparguntur in omnes:
In te mixta fluunt: & quæ diuisa beatos

Efficiunt: collecta tenes. quid facta reuoluam?
Militiāq; patris: cuius protendere famam:
Si nihil egisset clarum: nec fida ualenti
Dextera duxisset rutilantes crinibus alas:
Sufficeret natus stilico. mens ardua semper
A puero: tenerisq; etiam fulgebat in annis
Fortunæ maioris honos erectus & acer.
Nil breue moliri: nullis hæere potentum
Liminibus: fastisq; loqui iam digna futuris.
Iam tunc conspicuus: iam tunc uenerabilis ibas:
Spondebatq; ducem celli nitor igneus oris:
Membrorūq; modus. qualē nec carmina fingūt
Semideis: quacūq; alte gradereris in urbe:
Cedentes spaciis: assurgentesq; uidebas:
Quauis miles adhuc taciti suffragia uulgi
Iam tibi detulerant: quicquid mox reddidit aula
Vix primæuus eras: pacis quum mitteris auctor
Assyriæ: tanta foedus cum gente ferire
Comissum iuueni. tigrim trāsgressus: & altum
Euphratē: Babylona petis. stupuere seueri
Parthorum proceres: & plebs pharetrata uidēdi
Flagrauit studio: defixæq; hospite pulchro
Persides: arcanum suspirauere calorem
Thuris odoratæ cumulis: & messe sabæa
Pacem conciliant aræ. penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis: rituq; iuuenkos
Chaldæo strauere magi. rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram: secretaq; belli:
Et uaga testatur uoluentem sidera mytram:
Si quando sociis tecum uenatibus ibant.
Quis stilicone prior ferro penetrare leones
Cominus? aut longe uirga transfigere tigres.
Flectenti faciles medus tibi cessit habenas.
Torquebas refugum parthis miratibus arcum:
Nubilis interea maturæ uirginis ætas
Urgebat patrias suspensio principe curas:

Quem simul imperioq; ducem natæq; maritum
Prospiceret dubius: toto quærebat ab axe
Dignum coniugio generum thalamisq; serenæ
Iudicium uirtutis erat. per castra: per urbes:
Per populos animi cunctatis libra cucurrit.
Tu legeris: tantosq; uiros quos obtulit orbis:
Intra consilium uincis: sensumq; legentis:
Et gener augustus olim socer ipse futurus
Accedis. radiis auri: tyriaq; superbit
Maiestate torus: comitata parentibus exit
Purpureis uirgo stabat pater inde trophæis
Inclytus. inde pium matris regina gerebat
Obsequium: grauius subnectens flamma gemmis:
Tunc & solis equos: tunc exultasse choreis
Astra ferunt: mellisq; lacus: & flumina lactis
Erupisse solo: quum floribus æquora uernis
Bosporus indueret: roseisq; euincta coronis
Certantes asiæ tedeas europa leuaret.
Felix arbitrii princeps: qui congrua mundo
Iudicat: & primus sensit quod cernimus omnes.
Talem quippe uirum natis adiunxit: & aulæ:
Cui nec luxuries bello: nec blanda periclis
Ocia: nec lucis fructus preciosior unq;
Laude fuit. quis enim mysos in plaustro feroces
Reppulit? aut sæua proponti cæde tumentes
Basternas una potuit delere ruina?
Pallantis iugulum turno moriente piavit
Aeneas: tractusq; rotis ultricibus hector
Irato uindicta fuit: uel questus achilli.
Tu neq; uesano raptas uenalia curru
Funera: nec uanam corpus meditaris in unum
Sæuiciam. turmas equitum: peditumq; cateruas
Hostilesq; globos tumulo prosternis amici.
Inferiis gens tota datur: nec mulciber auctor
Mendacis clypei: fabricataq; uatibus arma
Conatus iuuere tuos. tot barbara solus

Millia: iam pridem miseram uastantia thracem
Finibus exiguae uallis conclusa tenebas.
Nec te terrisonus stridor uenientis alan:
Nec uaga hunnorum feritas: non falce gelonus:
Non arcu pepulere getæ: non farmata conto.
Extinctiq; forent penitus: ni more maligno
Falleret augustas occultus proditor aures:
Obstrueretq; moras: strictūq; reconderet ensē.
Solueret obsessos. preberet sœdera captis.
Assiduus castris aderat: rarissimus urbi:
Siquando trepida princeps pietate uocaret
Vixq; salutatis laribus: uix coniuge uisa
Detergo necdum repetebat sanguine campum.
Nec stetit eucherī: dum carperet oscula saltem:
Per galeam patris stimulos: ignesq; mariti
Vincit cura ducis: quotiens sub pellibus egit
Aedonias hyemes: & tardi flabra bootæ:
Sub diuo ryp hæa tulit: quumq; igne propinquo
Frigora uix ferrēt alii: tunc iste rigentem.
Danubium calcabat eques: niuibuscq; profundū
Scandebat cristatus athō: lateq; corusco
Curuatus glacie syluas umbone ruebat
Nunc prope cimmerii tendebat littora ponti.
Hunc dabat hybernū rhodope nimbose cubile.
Vos hemi gelidæ ualles: quas sæpe cruentis
Stragibus æquauit stilico: uos thracia testor
Flumina: quæ largo mutastis sanguine fluctus.
Dicite Bisaltæ: uel qui pangæa iuuentis
Scinditis: offensæ quanto sub uomere putres
Dissiliant glebis galeæ: uel qualia rastris
Ossa peremporum resonent immania regum:
Singula complecti cuperem: sed densior instat
Gestorum series: laudumq; sequentibus undis
Obruimur. genitor cæsi post bella tyranni
Iam tibi commissis conscenderat æquora terris
Ancipites rerum ruituro culmine lapsus.

Aequali ceruice subis. Sic hercule quondam
Suffertante polum: melius librata pependit
Machina: nec dubiis titubauit signifer astris:
Perpetuaq; senex subductus molle parumper
Obstupuit proprii spectator ponderis atlas.
Nulli barbariae motus: nil turbida rupto
Ordine tentauit nouitas: tantoq; remoto
Principe mutatas orbis non sensit habenas.
Nil inter geminas acies: seu libera frenis
Ausu manus: certe nec tantis dissona linguis
Turba: nec armorum cultu diuersior unq;
Confluxit populus. totam pater undiq; secum
Mouerat auroram: mixtis hic colchus iberis
Hic mytra uelatus arabs: hic crine decoro
Armenius: hic picta faces: phucataq; mœdus.
Hic gemmata niger tentoria fixerat indus:
Hic rhodani procera cohors: hic miles alumnus
Oceanus: ductor stilico tot gentibus unus
Quas uel p̄grediens: uel conspicit occiduus sol
In quo tam uario uocum: generumq; tumultu
Tanta quies: iurisq; metus seruator honesti
Te moderante fuit: nullis ut uinea furtis:
Vt seges erepta fraudaret messe colonum:
Vt nihil aut scæuum rabies: aut turpe libido
Suaderet: placidi seruirent legibus enses.
Scilicet in uulgus manant exempla regentum.
Vtq; ducum lituos: sic mores castra sequuntur.
Deniq; felices aquilas: quocunq; moueres
Arebant tantis epoti millibus amnes.
Illyricum peteres: campi: montesq; latebant.
Vexillum nauale dares: sub puppibus ibat
Ionium: nullis succincta ceraunia nimbis.
Nec iuga leucate feriens spumantia fluctu
Deterrebat hyems. tu si glaciale inberes
Vestigare fretum: securo milite ducti
Stagna reluctantes quaterent saturnia remi.

Si deserta noti: fontem si quærere nili
Aethiopum medios penetraſſent uela uapores
Te memor euiotas: te ruſtica muſa lycæi:
Te paſtorali modulantur mœnala cantu.
Partheniûq; nemus: quod te pugante reſurgens
Aegra caput mediis erexit græcia campis
Plurima parrhaſius tunc inter corpora ladon
Hæſit: & alphæus geticis anguſtus aceruis.
Tardior ad ſiculos etiam nunc pergit amores:
Miramur rabidis hoſtem ſuccumbere bellis:
Quom ſolo terrore ruant. nunc claſſica francis
Intulimus? iacuerè tamen: non marte ſueuos
Cõtudimus? quis iura damus. quis credere poſſit
Ante tubam nobis audax germania ſeruit.
Cedant druſe tui: cedant traiane labores
Veſtra manus dubio quicquid diſcrimine geſſit:
Transcurrens egit ſtilico: totidemq; diebus
Edomuit rhenum: quot uos potuiſtis in annis
Quem ferro: aloquiis: quem uos cû milite: ſolus.
Impiger a primo deſcendens fluminis ortu
Ad biſidos tractus: & iuncta paludibus ora
Fulmineum perſtrinxit iter: ducis ipetus undas
Vincebat celeres: & pax a ſon te profeſta
Cum rheni creſcebat aquis: ingentia quondam
Nomina: crinigero flauentes uertice reges:
Qui nec principibus donis precibuſq; uocati
Paruerant: iuſſi properant: ſegniq; uerentur
Offendiſſe mora: tranſuecti lintribus amnem
Occurſant ubicunq; uelis: nec fama ſefellit
Juſticia: Videre pium: uidere fidelem.
Quê ueniens timuit: rediens germanus amauit:
Illi terribiles quibus ocia uendere ſemper
Mos erat: & ſcæda requiem mercede paciſci.
Natis obſidibus pacem tam ſupplice uultu.
Captiuoq; rogant: quam ſi poſt terga reuincti
Tarpeas preſſis ſubeant ceruicibus arces.

Omne quod oceanum: fontemq; interiacet istri:
Vnius incurfu tremuit: sine cæde subactus
Seruitio Boreas: exarmatiq; triones
Tempore tam paruo. tot prælia sanguine nullo
Perficis: & luna nuper nascente profectus
Ante redis: quam plena fuit: rhenûq; minacem
Cornibus infractis adeo mitescere cogis:
Vt sueuus iam rura colat: flexosq; sicambri
In falcem curuent gladios: geminasq; uiator
Quum uideat ripas: quæ sit romana requirat.
Vt iam transfluium non indignante Cayco
Pascat Belga pecus: mediumq; ingressa p albin
Gallica francorum montes armenta pererrent.
Vt procul hercinia per uasta silentia syluæ
Venari tuto liceat: lucosq; uetusta
Religione truces: & robora numinis instar
Barbarici: nostræ feriant impune bipennes
Vltro quin etiam deuota mente tuentur:
Victoriq; fauent: quotiens sociare cateruas
Orauit: iungi q; tuis alemania signis
Nec doluit contempta tamen: spretoq; recessit
Auxilio laudata fides: prouincia mysos
Expellet citius: fallax quam francia reges.
Quos dederis seruat: nec iam pulsare rebelles.
Sed uinclis punire licet: sub iudice nostro
Regia romanus disquirat crimina carcer.
Marcomæes: sensuq; docet: quoq; alter hetruscû
Pertulit exilium: quum se promitteret alter
Exulis ultorem: iacuit mucrone suorum
Res auidi conscire nouas: odioq; furentes.
Pacis. & ingenio: celeri q; cupidine fratres.
Post domitas arctos alio: prorumpit ab axe
Tempestas: & nequa tuis intacta trophæis
Pars foret: australis sonuit tuba. Mouerat omnes
Maurorû gildo populos: quibus imminet atlas;
Et quos interior nimio plaga sole relegat.
Quos uagus humectat cinyps: & p̄ximus hortis

Hesperidum triton:& gir dotissimus amnis
Aethiopum simili mentitus gurgite nilum.
Venerat & paruis redimitus nuba sagittis
Et uelox garamas:nec quāuis tristibus hammoni
Responsis:alacrem potuit nasamona morari.
Stipantur:numidæ campis.stant puluere syrtes
Getulæ poenis iaculis obtexitur aer.
Hi uirga moderantur equos:his fulua leones
Velamenta dabant.ignotarumq; ferarum
Exuuiæ:uastis meroe quas nutrit harenis
Serpentum gestant patulos pro casside rictus,
Splendet uiperea squamosa pelle pharetra
Non sic intremuit simois:quū montibus idæ
Nigra coloratus produceret agmina memnon
Non ganges:quum tela procul uibrantibus indis
Immanis medium uectaret bellua porrum
Porrus alexandro:prostratus memnon achilli.
Gildo nempe tibi:nec solum feruidus austrum:
Sed partes etiam mauors agitabat eoas:
Quauis obstreperet pietas.his ille regendæ
Transulerat:nomen libyæ:sceleriq; profano
Fallax legitimam regni prætenderat umbram
Surgebat uaria geminum formidine bellum.
Hoc armis:hoc triste dolis:hoc africa sauis
Cinxerat auxiliis.hoc coniuratus alebat
Insidiis oriens:illinc edicta meabant
Corruptura duces.hinc frugibus atra negatis
Urgebat:trepidamq; fames obsederat urbem
Exitiale palam libycum ciuile pudoris!
Obtentu tacitum.tales utrimq; procellæ
Quū fremerent:laterumq; alternis ictibus anceps
Imperium pulsaret hyems:nil fessæ remissit
Officii uirtus:contraq; minantia fata
Peruigil euentusq; sibi latura secundos
Maior in aduersis micuit:uelut arbiter alni:
Nubibus ægæo quem turbine uersat orion.
Exiguo clauī flexu declinat aquarum

Verbera: nunc recta: nunc obliquante carina
Callidus: & pelagi: cæliq; obnititur iræ.
Quid primum mirer stilico: q; cautus ad omnes
Restiteris fraudes: ut te nec noxia furto
Littera: nec precio manus inflāmata lateret:
Quod nil in tanto rerum terrore loquutus
Indignum latio: responsa quod ardua semper
Eois dederis: quæ mox effecta probasti
Securus: quanuis & opes; & rura tenerent:
Insignesq; domos: leuis hæc iactura nec unq;
Publica priuatæ cesserunt commoda causæ.
Diuidis ingentes curas: teq; omnibus unum
Obiicis inueniens animo quæ mente gerenda
Efficiens patranda manu: dictare paratus:
Quæ scriptis peragēda foret: quæ brachia centū
Quis briareus aliis numero crescente lacertis:
Tot simul obiectis possit confluere rebus?
Euitare dolos: ueteres firmare cohortes
Explorare nouas: duplices disponere classes:
Quæ fruges: uel bella ferent: aulæq; tumultum:
Et romæ linire famem: quot nube soporis
Immunes oculi: per tot discurrere partes?
Tot loca sufficerent: & tot longinqua tueri?
Argum fama canit centeno lumine cinctum
Corporis excubiis unam seruasse iuuentam:
Vnde tot allatæ segetes: quæ sylua carinas
Texuit: unde rudis tanto tyrone iuuentus
Enituit: senioq; iterum uernante resumpsit
Gallia bis fractas alpino uulnere uires.
Non ego dilectu tyrii: sed uomere cadmi
Tam subitas acies concepto dente draconis
Exiluiffe reor. dircaïs qualis in aruis
Messis cum proprio mox bellatura colono
Cognatos strinxit gladios: quum semine iactō
Terrigenæ galea matrem nascente ferirent
Armifer: & uiridi floreret milite sulcus.

Hoc quoq; non parua fas est cū laude relinqui:
Quod non ante fretis exercitus astitit ultor:
Ordine quam prisco censeret bella senatus:
Neglectum stilico per tot iam sæcula morem
Rettulit: ut ducibus mandarent prælia patres:
Decretoq; togæ felix legionibus iret
Tessera: romuleas leges rediisse fatemur.
Quum pcerum iussis famulâtia cernimus arma:
Tyrrhenum poteras cunctis transmittere signis:
Et ratibus firtes: libyam complere manipulis:
Consilio stetit ira minor: nec territus ille
Te duce: suscepto martis grauiore paratu:
Aut in arenosos æstus: zonamq; rubentem
Tenderet: aut solis fugiens transiret in ortus:
Missurusue sibi certe solatia mortis
Oppida dirueret flammis, res mira relatu:
Ne timeare: times: & quem uindicta manebat:
Desperare uetas: quantum fiducia nobis
Profuit hostilis: saluæ carthaginis arces
Illæsis tyrii gaudent cultoribus agri:
Quos potuit uastare fuga: spe captus inani:
Nec se surripuit poenæ: nostrisq; pepercit
Demens: qui numero tantū: non robore mensus
Romanos: rapidis ibat ceu protinus omnes:
Calcaturus equis: & qui iactare solebat
Solibus effectos mersurus frigore gallos.
Sed didicit non æthiopum geminata uenenis
Vulnera: non fustum crebris hastilibus imbrem.
Non equitam nimbos latiis obsistere pilis
Sternitur ignauus nasamon: nec spicula supplex
Iam torquet garamas: repetunt deserta fugaces
Audolopes: pauidis proiecit missile mazas
Cornipedem maurus nequicq; hortatur anhelum
Prædonem lembo profugum: uentisq; repulsum
Suscepit merito fatalis tabraca portu
Expertum: quod nulla tuis elementa paterent

Hostibus: & lætæ passurum iurgia plebis:
Fracturumq; reos humili sub iudice vultus.
Nil tribuat fortuna sibi: sit prospera semper
Illa quidem: sed non uni certamina pugne
Credidimus: totis nec constitit alea castris
Nutatura semel: siquid licuisset iniquis
Casibus: instabant aliæ post terga biremes.
Venturus dux maior erat: victoria nulla
Clarior: aut hominum uotis optatior unq;
Contigit: an quisq; tigrauen armaq; ponti
Vel pyrrhū: antiochiq; fugam: uel uicla iugurthæ
Conferat: aut persen: debellatumq; philippum
Hi propagandi fuerant pro limite regni.
Hic stabat romana salus: ibi tempora tuto
Traxerunt dilata moras: Hic uincere tarde
Vinci pene fuit. discrimine roma supremo
Inter supplicium populi deforme pependit:
Et tantum libyam fructu maiore recepit:
Quā peperit: quantū grauiorem amissa dolorē:
Quā nec dū quæsitā mouent: quis punica gesta?
Quis uos scipiada? quis te iam regule nosset?
Quis lētum caneret fabium? si iure perempto
Insultaret atrox famula carthagine maurus.
Hic omnes ueterum reuocauit adorē laurus:
Restituit stilico cunctos tibi roma triumphos.

CLAVDIANI SECVNDA PANAGYRIS
in laudes Stiliconis.

h ACTENVS ARMATAE LAVDES:
nunc qualibus orbem
MORIBVS: ET QVANTO FRE-
net metuendus amore
Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Induerit: fastisq; suum concesserit annum.
Mitior incipiat fidibus iam musa remissis.

Principio magni custos clementia mundi
Quæ iouis incoluit zonâ: quæ temperat æthrâ
Frigoris & flammæ mediâ: qua maxima natu
Cœlicolum. nam prima chaos clementia soluit
Congeriem miserata rudem: uultuq; sereno
Discussis tenebris in lucem sæcula fudit.
Hæc dea pro templis: & ture calentibus aris
Te fruitur: posuitq; suas hoc pectore sedes.
Hæc docet ut poenis hominû: uel sanguine pasci
Turpe ferrûq; putes. ut ferrû Marte cruentum:
Sic cum pace premas: ut non insensus alendis
Materiam præstes odiis: ut fontibus ultro
Ignouisse uelis. deponas ocyus iram:
Quâ moueas precibus: nunq; implacabilis obstes:
Obuia prosteras: prostrataq; more leonum
Despicias: alacres ardent qui sternere tauros:
Trafsiliunt prædas humiles. hac iste magistra
Das ueniam uictis: hac exhortante calores
Horrificos: & quæ nunq; nocitura timentur.
Iurgia contentus solo terrore coercet:
Aetherei patris exemplo: qui cuncta sonoro
Concutiens tonitru cyclopum spicula defert
Inscopulos: & monstra maris: nostriq; cruoris
Parcus in oetæis exercet fulmina syluis.
Hinc diuæ germana fides: eademq; sororis
Corde tuo delubra tenens sese omnibus actis
Inferit. hæc nullo docuit liuescere fuco:
Nunq; falsa loqui: nunq; promissa morari.
Inuisos odisse palam: non uirus in alto
Condere: non lætam speciem pretendere fraudi
Sed certum. menti q; parem cõponere uultum.
Occulto seruire uetat: prodesse remittit
Hæc & amicicias longo post tempore firmat:
Mansuroq; adamanteligat: nec mobile mutat
Ingenium: paruæ strepitu: nec uincula noxæ
Dissolui patitur: nec fastidire priorem

Allicitur ueniente nono: benefacta tenere:
Respuere offensas facilis: pariterq; minoris
Officii: magniq; memor superare laborat:
Vtq; hostes armis: meritis sic uincit amicos.
Hæc fouet absentes: hæc longe sola remotis
Consulit: hæc nullis auidam rumoribus aurem
Pandit: & ignarum nunq; læsura clientem
Insidiosa tuos alienent murmura sensus:
Non uiuis adnexus amor: meminisse sepultos
Definit: in prolem transcurrit gratia patrum:
Hæc tu theodosium tenuit dū sceptrā colebas:
Hæc etiam post fata colis: nec pignora curas
Plus tua q̄ natos: dederat quos ille monendos.
Tutandosq; tibi iustos: nimiumq; fideles
Fama putat: qui quum possint cōmissa negare:
Maluerint nullo uiolati reddere quæstu.
Ast stilico non diuitias: auriq; relictum
Pondus: sed geminos axes: tantumq; reseruat
Depositum teneris: quantum sol igneus ambit.
Quid non intrepidus credas? cui regia tuto
Creditur. hoc clipeo munitus honorius altum
Non genuit patrem: uitæq; & lucis in ipso
Limine contemptus nunq; dat iura subactis
Gentibus: & secum sentit creuisse triumphos:
Quem tu sic placida formas: sic mente seuera.
Vt neq; desidiæ tradas: dū pronus ad omne
Quodlibet obsequeris: nec cōtra nixus ouantem
Confringas animum secretus consona regno:
Ceu iuuenem doceas: moles quid publica poscat.
Ceu sanctum uenerere senem: patriisq; gubernes
Imperium monitis: dominum submissus adores:
Obsequio moderere ducem: pietate parentem.
Hinc fuit: ut primos in coniuge disceret ignes:
Ordiriq; uirum non luxuriante iuuenta
Sed cum lege toricasto: cum fœdere uellet.
Principē tu felix genero: felicior ille

Te socero: fratrem leuior nec cura tueretur
Arcadium: nec si quid iners: aut impia turba
Præhendens proprio nomen regale furori
Audeat: adscribis iuueni: discordia quippe
Quum fremuit: nunq̃ stiliconis cādūt ira:
Sæpe laceffit probris: gladiisq; petitus:
Vt bello furias ultum quas pertulit iret
Illicito: causamq; daret ciuilibus armis:
Cuius stulta fide mediis disensibus aulæ
Intemeratorum stabat reuerentia fratrum.
Quin & sydonias clamydes: & cingula Baccis
Aspera: gemmataq; togas: uiridesq; smaragdis
Loricas: galeasq; renidentes iacynthis:
Gestatosq; patri scapulis radiantibus enses:
Et uario lapidum distinctas igne coronas
Diuidis ex æquo: ne non augusta supellex.
Ornatusq; pares geminis hæredibus essent:
Mittitur & miles: quanuis certamine partes
Iam tumeant: hostem muniri robore maius:
Quam peccare fidem: permittis iusta petenti:
Idq; negas solum: cuius mox ipsa repulsa
Gaudeat: & quicquid fuerat deforme mereri.
Omnes preterea: puro quæ crimina pellunt
Ore deæ: uinxere choros: unoq; receptæ
Pectore: diuersos tecum cinguntur in usus
Iusticia utilibus rectum præponere suadet:
Communesq; sequi leges: iniusta; nunquam
Largiri sociis. durum patientia corpus
Instruit: ut nulli cupiat cæsisse labori.
Temperies: ut casta petas. prudentia: ne quid
Inconsultus agas. constantia: futile ne quid:
Infirmitasq; geras procul importuna fugantur
Numina mōstriferis: quæ tartarus edidit antris.
At primam scelerum: matremq; semper habēdo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum.
Trudis auaritiā: cuius fœdissima nutrix

Ambitio: quæ uestibulis foribusq; potentum
Excubat: & precii commercia pascit honorum
Pulsa simul: nec te gurges corruptior æui
Traxit ad exemplum: quod iam firmauerat annis
Crimen: & in legem rapiendi uerterat usum.
Deniq; non diues sub te pro rure paterno:
Vel laribus pallet. non insidiator aberrat
Fracturus quemcumq; reum. non obruta uirtus
Paupertate latet: lectos ex omnibus oris
Euehis: & meriti: nunq; cunabula quæris:
Et qualis: non unde satus. sub teste benigno
Viuitur. egregios inuitant premia mores.
Hinc priscae redeunt artes: felicibus inde
Ingeniis aperitur iter: despectaq; musæ
Colla leuant: opibusq; fluens: & pauper eodem
Nititur ad fructum: studio cum cernat uterq;
Quod nec inops ia ceat pbitas: nec inertia surgat
Diuitiis: nec te iocunda fronte fefellit
Luxuries prædulce malum: quæ dedita semper
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus:
Membraq; circæis effœminat acrius herbis:
Blanda quidem uultu: sed qua non retrior ulla
Interius fucata genas: & amicta dolosis
Illecebris: toruos auro circumligat hydros.
Illa uoluptatum multos innexuit hamis.
Te nunquã conata capit. non praua libido
Aduigilat stupris non tempora sompnus agendi
Frustratur: nullo cytharæ conuiuia cantu:
Non pueri lasciuia sonant. quis cernere curis
Te uacuum potuit: quis tota mête remissum?
Aut indulgentem dapibus: ni causa iuberet
Læticiæ. non indecores æraria laxant
Expensæ: paruo non improba littera libro
Absentum condonat opes. a milite parcus
Diligeris: neq; enim neglectas pace cohortes
Tum ditas: quã bella fremunt: scis nulla placere

Munera: quæ metuens illis: quos spreuerit: offert.
Serus: & in cassum seruati prodigus auri
Ante uenis tempus: non expectantibus ultro
Munificus: mēsaq; adhibes: & nomine quēq;
Compellas: clari sub te: quod gesserat olim
Ammonitor facti: figendaq; sensibus addis
Verba: quibus magni geminatur gratia doni:
Nequid si tribuas iactatum sapius idem
Exprobrare soles nec quos promoueris alto
Turgidus alloqueris fastu: nec prospera flatus
Attollunt nimios: quin ipsa superbia longe
Discessit: uitium rebus solenne secundis:
Virtutumq; ingrata comes. contingere passim:
Affariq; licet: non inter pocula sermo
Captatur: pura sed libertate loquendi
Seria quisq; iocis nulla formidine miscet.
Quem uidet augusti socerum: regniq; parentem.
Miratur conuiua parem: quum tanta potestas
Ciuem lenis agat: te doctus prisca loquentem:
Te matura senex audit: te fortia miles
Aspersis salibus: quibus aut amphiona quisq;
Præferat aonios meditatem carmine muros.
Nec uelit orphæo migrantes pectine syluas.
Hinc amor: hinc ueris: & non fallentibus omnes
Pro te solliciti uotis: hinc nomen ubiq;
Plausibus: auratis celebrant hinc ora figuris:
Quæ non incudes streperent: quæ flāma uacaret
Fabrilis: quantis fluerent fornacibus æra
Effigies ductura tuas: quis denius esset
Angulus: aut regio? quæ non pro numine uultus
Dilectos colerent? talem ni semper honorem
Respueres: decus hoc rapiat: quæ falsa timentum
Munera decipiunt: qui se diffidit amari:
Hic solus spreuisse potest: qui iure meretur.
Vndiq; legati properant: generiq; sub ore
In tua centenas aptant præconia uoces.

Grates gallus agit: quod milite tutus inermis
Et metuens hostile nihil noua culmina totis
Aedificet ripis: & saxum gentibus amnem
Tybridis in morem domibus preuullet amœnis.
Hinc pœni cumulant laudes: quod rura tyranno
Libera possideant. hinc obsidione solutus
Pannonius potorq; faui: qui clausa tot annis
Oppida laxatis ausus iam pandere portis:
Rursum cote nouat nigras rubigine falces:
Exesofq; situ cogit splendere ligones.
Agnoscit causas: & collibus oscula notis
Figit: & impresso glebis non credit aratro
Exectis inculta dabant quas sæcula syluis:
Restituit terras: & opacum uitibus istrum
Conferit: & patrium uestigal soluere gaudet
Immunis qui clade fuit: te sospite fas est
Vexatum laceri corpus inuenescere regi:
Sub tot principibus quæcunq; amissimus olim
Tu reddis: solo poterit stilicone medente
Crescere romanum uulnus: testura cicatrix:
Inq; suos fines tandem redeunte colono
Illyricis iterum ditabitur aula tributis.
Nec tamen humano cædit cæleste fauori
Iudicium. cingunt superi concordibus unum
Præsidii: hostesq; tuos aut littore produnt:
Aut totum oppositi claudunt fugiētibus æquor.
Aut in se uertunt furis: aut militis enses
Bacchati laniant penth. eo corpore ritu:
Insidias retegunt: & in ipsa cunabula fraudum
Ducunt: Ceu tenerā uenantem nare moloss
Ominibus uenture notant: aut alite monstrāt
Aut monitos certa dignantur imagine somnos
Pro quibus innumeræ trabearum insignia terræ
Certatim petiere tibi poscentibus ipse
Restiteras: & mens aliorum prona fauoris
Index dura sui facibus succensa pudoris

Tarda uerecundis excusat premia causis.
Ergo auidæ: tantosq; noui spe consulis annos
Elusæ dominæ pergunt ad limina romæ.
Si minus annueris precibus: Vel cogere certe
Cunctantem: uotoq; moras auferre paratæ
Conueniunt ad testæ: quæ candida lucent
Monte palatino: glaucis tum prima mineruæ
Nexa comam foliis: fuluaq; intexta micantem
Veste tagum tales profert hispania uoces.
Cuncta mihi semper stilico quæcumq; poposci
Concessit: tantumq; suos inuidit honores:
Augusti potuit foceri contemnere fasces:
Iam negat & genero: si non ut ductor ab orbe
Quem regit accipiat: saltem cognatus ab aula
Exiguum ne putat quod sic complexus iberam
Progeniem: nostros immoto iure nepotes
Sustinet: ut patrium cõmendat purpura betym
Quod pulchro mariæ fecûdet germine regnum.
Quod domini superatur auus. tum flaua repexo
Gallia crine ferox: euinctaq; torque decoro:
Binaq; gesa tenens animoso pectore fatur.
Qui mihi germanos solus: francosq; subegit:
Quur nundum legitur fastis? quur pagina tantû
Nescit adhuc nomen? quod iâ numerare decebat
Vsq; adeo ne leuis pacati gloria rheni?
Inde caledonio uelata britannia monstro.
Ferro picta genas: cuius uestigia uerrit
Ceruleus: oceaniq; æstum mentitur amictum.
Me quoq; uicinis pereuntem gentibus inquit
Muniuit stilico: totam quum scotus hibernam
Mouit: & infesto spumauit remige tethys.
Illius effectum curis ne bella timerem
Scotica: ne pictum tremere: ne littore toto
Prospicerem dubiis uenturum saxona uentis.
Tunc spicis: & dente comas illustris eburno:
Et calido rubicunda die. sic africa fatur.

Sperabam nullas trabeis: gildone perempto:
Nasce posse moras etiam nunc ille repugnat:
Et tanto dubitat fasces prebere triumpho.
Qui mihi maurorū penitus lachrymabile nomē
Ignorare dedit. post hæc œnotria lentis
Vitibus intorquens hederas: & palmite largo
Vina fluens si uos adeo stilicone curules
Augeri flagrat. agit aquas sola iuuare
Fama potest: quanto me dignius incitat ardor
Vt præsentem fruar. conscendētemq; tribunal
Prosequar: atq; ani pandentem claustra salutem.
Talibus alternat studiis: romamq; precantes
Pro cunctis hortantur eat. Nec segnius illa
Paruit officio: sed raptis protinus armis
Ocyor excusso per nubila sidere tendit.
Transuehitur thuscos. Apeninusq; uolatu
Stringitur. eridanus clipei iam fulgurat umbra.
Constitit ante ducem: tetrica nec pallade uultu
Deterior: nec Marte minor. tremit ore corusco
Iam domus: & summæ tangūt laquearia cristæ
Tum prior attonitum gratis affata querellis
Seruatas stilico per te uenerande curules
Ornatas necdum fateor. Quid profuit anni
Seruilem pepulisse notam? defendis honorem:
Quem fugis: & spernis: tãta quem molle tueris:
Respuis oblatum: pro quo labente resistis.
Quæ nam causa moræ? quo nã cūctabere rursus
Ingenio? nullus boreæ motus: omnis & austri
Ora silet: cecidit maurus: germania cessit
Et ianum pax alta ligat: te consule necdum
Digna feror: titulum ne leuem paruiq; nitor is
Credimus: augusti quo se decorare fatentur.
Sub iuga quo gentes captiuis regibus egi:
Non si prodigii casus natura futuros
Signat: polluimur macula: quod rebus eoīs
Omen erat: quãq; nullis mihi cognita rebus

Fabula: uix tanto risit de crimine rumor.
Oppropriis stat nulla fides: nec littera uenit
Vulgatura nefas: in quo uel maxima uirtus
Est tua: quod nostros qui consulis omnia patres
De monstris taceas pellendis: denique nulla
Dedecoris sanctum uiolat oracula coetum.
Nec mea funestum uersauit curia nomen.
Pars sceleris dubitasse fuit: quæcunque profana
Pagina. de primo uenisset limite phœbi.
Ante fretum deleta mihi: ne turpia castis
Auribus italiæ fatorum exempla nocerent.
Publicus ille furor: quantum tua cura peregit
Secretum meruit. latetur quisquis eous
Scribere delierit fastos. portenta gabinos
Ista latent. propriam labem tersisse laborent.
Quir ego quæ nunquam didici? sensusue creatum
Gratulor exemptum. delicti poenitet illos:
Nos uec credamus. fuerit tamen omnibus unum
Crimen: & ad nostras manauerit usque secures
Plus ideo sumenda tibi fastigia iuris:
Ne pereat iam priscus honos. qui portus honorum
Semper erat: nullo sarciri consule damnum
Excepto stilicone potest: bene præscia tempus
Mens tua distulerat: titulo tunc crescere posses:
Nunc per te titulus. consul succure grauatis
Consulibus: quicumque fuit: quicumque futurus
Annum redde tuum: quem mox secuta sequatur
Posteritas: nec iam doleat defensa uetustas.
Sit trabeis ultor stilico: Brutusque rector
Libertas populi primo tunc consule Bruto
Reddita per fasces. hic fascibus expulit ipsis
Seruitium. instituit sublimen Brutus honorē:
Asseruit stilico. plus est seruasse repertum:
Quam quæsisse nomen. quid tardius ore uerendo
Annuis? insolitus frontem circūlinet ignis:
Tandem uince tuum: qui uincis cuncta: pudorem;

Hoc etiam quamuis corrumpi munere nullo
Poffe queas: mirare libens: ac fufpice cinctus:
Quos tibi diuino mecum tritonia duxit
Pecune: cuncta fimul repetito murice fila
Contulimus penfis: & eodem neuimus auro:
Aurea quo lachefis fub te mihi ſæcula textit.
Hic ego promiffam ſobolem: ſeperataq; mundo
Pignora præluſi: ueram mox ipſe probabis
Me uatem: noſtræq; fidem uenientia telæ
Fata dabunt. dixit: geminoq; rigentia profert
Dona: graues auro trabeas. inſigne mineruæ
Spirat opus. rutilis hic pingitur aula columnis:
Et ſacri mariæ partus: lucina labores
Solatur: reſidet fulgente puerpera lecto.
Sollicitæ iuxta pallescunt gaudia matris
Suſceptum puerum redimitæ tempora nimphæ
Auri fonte lauant: teneros in flamine riſus
Vagitusq; audire putes: iam creuerat infans
Ore ferens patrem: ſtilico maturior æuo
Marta reſturo tradit præcepta nepoti.
Parte alia ſpumis ſpumantem ſerica frena
Purpureo primæ ſignatus flore inuentæ
Eucherius flectebat equum: iaculisq; uel arcu
Aurea purpureos tollentes cornua ceruos
Aureus ipſe ferit. uenus hic inueſta columbis
Tertia regali iungit connubia nexu:
Pennatiq; nurum circumſtipantur amores
Progenitam auguſtis: auguſtorumq; ſororem:
Eucherius timido iam flammea ſublenat ore
Virginis: arridet lato thermantia fratri.
Nam domus hæc utroq; petit diademata ſexus:
Reginaſq; parit: reginarumq; maritos.
Talibus inuitat donis: dextræq; regendum
Diua fimul porrexit ebur: ſolennibus urnam
Commouet auſpiciis: auibusq; incepta ſecundat
Tunc habiles humeros armis dea ueſtibus ambit

Romuleis. latii sederunt pectore cultus
Loricæq; locum decuit toga. talis ab istro
Vel scythico uictor rediens gradibus ab axe
Deposito mitis clypeo: cadentibus urbem
Ingreditur trabeatus equis: spaciosa quirinus
Frena regit: currumq; patris. Bellona cruentat
Ditibus exuuiis tendentem ad sidera quercum.
Præcedit: lictorq; metus cum fratre pauore
Barbara ferratis innectunt terga catenis.
Velati galeas lauro: propiusq; iugales
Formido ingentem uibrat succincta securim.
Vidit ut optato se consule roma petitam:
Nunc ait elisii lucos erumpere campi
Nunc libet: ut tanti curiis miracula noti
Fabriciisq; feram: famis qui uulnere nuper
Calcatam fleuere togam. iam prata choreis
Pulsent: nec rigidos pudeat luisse catones.
Audiat hoc senior Brutus: pœnisq; tremendi
Scipiada: geminis tandem qui libera damnis
Vnius auxilio fasces libyam q; recepi:
Quod superest unum precibus fortissime cōsul
Adde meis: urbiq; tuum largire parumper
Quem regat aduentum: quā tu bellisq; fameq;
Depulsam terris iterum regnare dedisti
Splendida suscipiant alium te rostra camillum
Vltorem uideant: seruatoresq; quirites.
Et populus quē ductor amas: quibus africa p te
Nec prius auditas rhodanus iam donat aristas
Vt mihi uel massila ceres: uel gallica prosit
Fertilitas: messesq; ferat nunc humidus auster:
Nunc aquilo: cunctis ditescant horea uentis.
Quæ tunc flaminiam stipabunt milia uulgi:
Fallax o quotiens pulvis deludet amorem
Suspendum: ueniens omni dum crederis hora.
Spectabunt cupida: matres: spargentur & omnes
Flore uiæ: superet quom pythia limina consul

Ardus: antiqui species romana senatus
Ponpeiana dabunt: quantos porscænia planus
Ad cœlum quotiens uallis tibi martia ducet
Nomen: auentino palantæq; recessu.
Nunc te conspiciat castris permitte relictis:
Mox & cum genero trabeis uisura secundis.
Hæ dum roma refert: iam fama loquacibus alis
Peruolat oceanum: linguis & mille citatos
Festinare iubet proceres nullisq; senectus
Non iter: hybernis obstant nec flatibus alpes
Vincit amor meriti pridem: clariq; uetustis
Fascibus: ad socii properant: & uindictis annum.
Sic ubi fœcunda reparauit morte iuuentam:
Et patrios idem cineres: collectaq; portat
Vnguibus ossa piis: niliq; ad littora tandem
Vnicus extremo phœnix procedit ab euro.
Conueniunt aquilæ: cunctæq; ex orbe uolucres:
Vt solis mirentur auem. procul ignea lucet
Ales: odorati redolent cui cinnama busti
Nec minor in cælo cborus est. Exultat uterq;
Theodosius: diuiq; tui. sol ipse quadrigis
Vere coronatis: dignum tibi properat annum.
Est ignota procul: nostræq; imperuia menti
Vix adeunda deis. annorum squalida mater
Immēsi spelunca æui: quæ tempora uasto
Suppeditat: reuocatq; sinus: cōplectitur antrum
Omnia qui placido consumit numine serpens.
Perpetuumq; uiret squamis: caudamq; reducto
Ore uolat tacito relegens exordia lapsu
Vestibuli custos uultu longæua decoro.
Ante fores natura sedet: cunctisq; uolantes
Dependent membris animæ. mansura uerendus
Scribit iura senex: numeros qui diuidit astris
Et cursus: stabilesq; moras: quibus omnia uiuunt:
Ac pereunt. fixis cum legibus ille recenset
Incertum quid martis iter: certumq; tonantis

Proficiat mundo: quid uelox semita lunæ:
Pigraq; saturni: quantum cytherea sereno
Curriculo: phœbiq; comes cyllenius erret
Illius ut phœbus ad limen constitit antri
Occurrit natura potens: seniorq; superbus
Canitiem inclinat: radiis tunc sponte reclusos
Laxauit postes adamas: penetrare profundum
Panditur & sedes: æuiq; arcana patefcunt.
Hic habitat uario facies distincta metallo
Sæcula certa locis: illinc glomerantur athena
Hinc ferrata rigent: illinc argentea cadent
Eximia regione domus. contingere terris
Difficilis stabat rutuli grex aureus anni.
Quorum precipuum precioso corpore titan
Signandi Stilicone legit: tunc imperat omnes
Pone sequi: dictisq; simul compellat euntes.
En cui distulimns melioris sæcla metalli
Consul adest: ite optati mortalibus anni.
Ducite uirtutes hominum. florescite rursus
Ingeniis. hilares Baccho frugumq; feraces
Non inter geminos anguis glaciale triones
Sibilet: immodico ne frigore sæuiat ursa
Non toruo fremat igne leo: nec brachia cancri
Vrat atrox æstas: madidæ nec prodigus urnæ
Semina prærupto dissoluat aquarius imbre.
Phrixæus roseo producat fertile cornu
Ver aries: pingues nec grandine tundat oliuas
Scorpion! autumnus maturet gramina uirgo.
Lenior & grauidis allatret syrius uuis.
Sic fatur: Croceis rorantes ignibus hortos
Ingreditur: uallemq; suam: quam flâmens ambit
Riuus: & irriguis largum iubar ingerit herbis:
Quas solis pascuntur equi. flagrantibus inde
Cæsariem fertis: & lactea lora: iubasq;
Subligat alipedum. gelidas hinc lucifer ornat:
Hinc aurora comas: iuxtaq; arridet habenis

Aureus: & nomen prætendit consulis annus:
Inq; nouos iterum reuoluto cardine cursus
Scribunt æthereis stiliconem sidera fastis:

CLAVDIANI PRAEFATIO IN LAVDES
STILICONIS.

AIOR SCIPIADES: ITALIS QVI

solus ab oris

IN PROPRIVM VERTIT PVNIC:

Bella caput.

Non sine pieriis exercuit artibus arma.

Semper erat uatum maxima cura duci.

Gaudet enim uirtus testes sibi iungere musas.

Carmen amat quisquis: carmine digna gerit.

Ergo seu patriis primæuus manibus ultor

Subderet hispanum regibus oceanum

Seu tyrias certa fracturus cuspide uires:

Inferret libyco signa tremenda mari.

Hærebat doctus lateri: castrisq; solebat

Omnibus: in medias Ennius ire tubas.

Illi post lituos pedites fauere canenti:

Laudabatq; noua cæde cruentus eques.

Quisq; triumpharet gemina carthagine uicta:

Hanc uindex patris: uicerat hanc patria.

Quum longi libyam tandem post funera Belli.

Ante suas mœstam cogeret ire rotas.

Aduexit reduces secum nictoria musas:

Et sertum uati martia laurus erat.

Noster scipiades stilico: quo concidit alter

Hannibal: antiquo sæuior annibale.

Te mihi post quintos annorum roma recursus

Reddidit: & uotis iussit adesse suis.

CLAVDIANI PANEGYRIS ALIA in lau-
des Stiliconis.

q VEM POPVLI PLAUSV: procerum
quem uoce petebas
ASPICE ROMA VIRVM: iam tem-
pora desine longæ

Dinumerare uix uisq; assurgere semper
Pulvere non dubiis ultra torquebere uotis.
Totus adest oculis: aderat qui mentibus olim
Spe maior: fama melior: uenerare curulem:
Quæ tibi restituit fasces: complectere dextram:
Sub iuga quæ pœnos iterum romana redegit.
Excipe magnanimum pectus quo frena reguntur
Imperii: Cuius libratur sensibus orbis.
Os sacrum quod in aere colis: miraris in auro.
Cerne libens: hic est pro te Bellator ubiq;
Defensor libyæ: rheni calcator & istri.
Ostentare suos prisco si more labores:
Et gentes cuperet uulgo monstrare subactas:
Certaret utroq; pares a cardine laurus.
Hæc alemannorum spoliis australibus: illa
Ditior exuuiis: illinc flauente sicambri
Cesarie: nigris hinc mauri crinibus irent.
Ipse albis ueheretur equis: currumq; sequutus
Laurigerum festo fremuisset carmine miles:
Hi famulos traherent reges. Hi facta metallis
Oppida: uel montes captiuæq; flumina ferrent
Hinc libyci fractis lugetent cornibus amnes.
Inde catenato gemeret germania rhenio.
Sed non immodicus proprii iactator honoris
Consul roma tuus. non illum premia tantum:
Quam labor ipse iuuat: strepitus fastidit inanes:
Inq; animis hominum pompa meliore triúphat.
Non alium certe romanæ clarius arces
Suscepere ducem: nec quum cedente rediret

Fabricius pyrrho: nec quum capitolia curra
Pelleæ domitor paulus conscenderet aula.
Non similis latias patefecit gloria portas:
Post numidas mario: post classica martis eol
Pompeio. nulli pars æmula defuit unq̃
Quæ grauis obstrepet laudis: stimulisq; malignis
Facta sequebatur quamuis ingentia liuor
Solut hic inuidiæ fines uirtute reliquit.
Humanūq; modum. quis enim liuescere possit?
Quod nunq̃ pereunt stellæ? quod iuppiter olim
Possideat cælum? quod nouerit omnia phœbus
Est aliquod meriti spacium: quod nulla furentis
Inuidiæ mensura capit. ductoribus illis
Præterea diuersus erat fauor: æquior ille
Patribus: inuisus plebi: popularibus illi
Munito studiis: languebat gratia patrum.
Omnis in hoc uno uariis discordia cessit
Ordinibus. lætatur eques: plauditq; senatore
Votaq; patricio certant plebea fauori.
O felix: seruata uocat quem roma parentem.
O mundi cōmunis amor: cui militat omnis
Gallia: quem regum thalamis hispania nectit.
Cuius & aduentum crebris petiere quirites
Vocibus: & meruit genero præstante senatus.
Non sic uirginibus flores: non frugibus imbres
Prospera non lassis optantur flamina nautis:
Vt tuus aspectus populo: quæ numine tanto
Littora fatidicas attollunt delia lauros:
Venturi quotiens affulsit apollinis arcus:
Quæ sic aurifero pactoli fonte tumescit
Lydia: quum domitis apparuit euchiis indis:
Nonne uides? & plebe uias: & tecta latere
Matribus. hic stilico cunctis inopina reluxit.
Te uictore salus septem circumspice montes:
Qui solis radios auri fulgore laceffunt.
Indutosq; arcus spoliis: & quataq; templa

Nubibus: & quicquid tanti fluxere triumph.
Quantum profueris: quātam seruaueris urbem:
Artonitis metiere oculis. hæc fabula certe
Cuncta forent: si rhenus adhuc icumberet austro.
Mos erat in ueterum castris: ut tempora quercu
Velaret: ualidis fuso qui uiribus hoste:
Casurum potuit morti subducere ciuem.
At tibi quæ poterit pro tantis ciuica reddi
Mœnibus? aut quantæ pensabunt facta coronæ?
Non solam populi uitam debere fatetur
Armis roma tuis: sed quod iocundior esset:
Lucis honoratæ fructus uenerabile famæ
Pondus: & amissas uires: & regna recepit.
Iam non prætumidi supplex orientis ademptam
Legatis poscit libyam: famulos ue precatur
Dictu turpe suos: sed robore freta gabino
Te duce romana tandem se uindicat iras:
Ipsa iubet signis: Bellaturoq; togatus
Imperat: & spectant aquilæ decreta senatus.
Ipsa tibi trabeas ultro dedit: ipsa curulem
Optulit: hæc ultro fasces ornare coegit.
Nil perdit decoris prisca: nec libera quærit
Sæcula quum donet fasces: quū prælia mandat.
Cum se etiam creuisse uidet: quis gallica rura?
Quis meminit latio senonum seruisse ligones?
Aut quibus exemplis sæcunda tibris ab arcto
Vexit lingonico sudatas uomere messes.
Illa seges non auxilium modo præbuit urbi.
Sed fuit indicio: quantum tibi roma liceret.
Ammonuit dominæ gentes: instarq; trophæi
Rettulit ignotum gelidis uestigal ab oris.
Hæc quoq; maiestas augefcit plena quirini
Rectores libyci: populo quod iudice pallent.
Et post emeritas moderator quisq; secures.
Discrimen letale subit quod pœnus arat or
Intulerit: madidus quantum trāsmissit auster:

Ardua qui late terris responsa dedere:
Hic trepidat humiles: tremuit quos africa nuper;
Cernunt rostra reos. cani uirtutibus æui
Materiam pandit stilico: populumq; uetusti
Culminis immemorẽ dominãdi rursus in usum
Excitat: ut magnos calcet metuendus honores.
Pendat iusticia crimen: pietatẽ remittat
Errorem: puerosq; probet: damnetq; nocentes.
Et patrias iterum clemens exerceat artes.
Fallitur egregio quisquis sub principe: credit
Seruitium: nunq; libertas gratior extat:
Quam sub rege pio: quos præficit ipse regendis
Rebus: ad arbitrium plebis: patrumq; reducit:
Conceditq; libens: meritis seu premia poscant:
Seu punire uelint: posito iam purpura fastu
De se iudicium non indignatur haberi.
Sic docuit regnare focer: sic casta iuuentæ
Frena dedit: teneros his moribus imbuat annos.
Verior augusti genitor: fiducia Belli:
Pacis consilium: per quem squalore remoto
Pristina romuleis in floruit artibus ætas:
Per quem fracta diu: translataq; pene potestas
Non oblita sui seruilibus exulat aruis.
In proprium seducta larem uictoria reddit
Fata solo: fruiturq; iterum quibus hæserat olim
Auspiciis: capitiq; errantia membra reponit:
Proxime diis consul: tantæ qui prospicit urbis:
Qua nihil in terris complectitur altius æther:
Cuius nec spacium uisus nec corda decorem:
Nec laudem uox ulla capit: quæ luce metalli
Aemula uicinis fastigia conferit astris.
Quæ septem scopulis zonas imitatur olimpi:
Armorum: legumq; parens: quæ fundit in omnes
Imperium: primiq; dedit cunabula iuris.
Hæc est exiguis quæ finibus orta tetendit.
In geminos axes: paruaq; a sede profecta

Disperfit cum sole manus: hæc obuia notis
Innumeras uno gereret quum tempore pugnas
Hispanas caperet: siculas submitteret urbes
Et gallum terris prosterneret: æquore pœnum:
Nunq̃ succubuit damnis: & territa nullo
Vulnere: post cannas maior: trebiâq; fremebat:
Et quum iam premerent flâmâ: murûq; teneret
Hostis: in extremos aciem mittebat iberos.
Nec stetit oceano: remisq; ingressa profundum
Vincendos alio quæsiuit in orbe britannos
Hæc est in gremium nictos quæ sola recepit:
Humanumq; genus cōmuni nomine fouit
Matris: non dominæ rita: ciuesq; uocauit
Quos domuit: nexuq; pio longiqua reuinxit.
Huius pacificis debemus moribus omnes:
Quod nелuti patriis regionibus utitur hospes:
Quod sedem mutare licet quod cernere thulen:
Rursus & horrendos quondâ penetrare recessus
Quod bibimus passim rhodanû: potamus orôtē
Quod cuncti gens una sumus: nec terminus unq̃
Romanæ ditionis erit: nam cætera regna
Luxuries uitiiis. odiisq; superbia uertit:
Sic male sulimes fregit spartanus athenas
Atq; idem thebis cecidit. sic medus ademit
Assyriõ: medoq; tulit moderamina perles
Subiecit perles macedo: cessurus & ipse
Romanis: hæc auguriis firmata sibyllæ
Hæc sacris animata numæ: hinc fulmina uibrat
Iuppiter hanc tota tritonia gorgone uelat
Arcanas huc uestæ faces: huc orgia secum
Transtulit & phrygios genitrix turrita leones.
Huc depressurus morbos epidaurius hospes
Reptauit placido tractu: uestumq; per undas
Insula pœonium traxit tyberina draconem.
Hanc tu cū superis stilico preclare tueris.
Protegis hanc clypeo matrem regumq; ducûq;

Præcipueq; tuam. dedit hæc exordia lucis
Eucherio: puerumq; ferens hic regia mater
Augusto monstraui auo. lætatus at ille
Sustulit in tyria reptantem ueste nepotem:
Romaq; uenturi gaudebat præscia fati:
Quod te iam totò meruisset pectore ciuem:
Nec tamen ingratum: nec qui benefacta referre
Nesciat. hunc credas populum: si uoluere priscos
Annales libeat: quotiens hic prælia sumpsit
Pro sociis: quotiens dono concessit amicis
Regibus: ausonio quæ sitas sanguine terras:
Publica sed nunq̃ tanto se gratia fudit
Assensu: (quis enim princeps hæc omnibus egit
Obsequiis?) sese dominum patremq; uocari:
Quin tibi continuis resonent conuexa diebus:
Maeste nouis consul titulis. mauortia plebes
Te dominum bruto non indignante fatetur.
Et quod adhuc nullo potuit terrore coacta
Libertas romana pati: stiliconis amor!
Detulit: exultant auidi quocumq; decorus
Conspiciare loco: nomenq; ad sidera tollunt.
Nec uaga dilecto faciantur lumina uultu.
Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres.
Seu celebres ludos: folio seu fultus eburno
Cingas iure forum: denso seu turbine uulgi
Circumfusa tuæ circudent rostra secures.
Quæ uero procerum uoces. quam certa fuere
Gaudia: quum totis exurgens ardua pennis
Ipsa duci sacras uictoria panderet alas:
Et palma uiridi gaudens: & amicta trophæis
Custos imperii uirgo: quæ sola mederis
Vulneribus: nullumq; doces sentire laborem.
Seu tibi dicteæ placuerunt astra coronæ:
Seu magis æstiuo sedes uicina leoni:
Seu sceptrum sublime iouis: seu palladis ambis
Aegida: seu fessi mulces suspiria martis.

Adfis perpetuum latio: notisq; senatus
Annue diua tui: stilico tua sæpius ornet
Limina: teq; simul rediens in castra reducat.
Hunc bellis comitare fauens: hunc redde togatū
Consiliis: semper placidis te moribus egit:
Seruauitq; piam uictis: nec polluit unq;
Laurum sæuitia: ciuem nec fronte superba
Despicit: aut trepidam uexat legionibus urbem.
Sed uerus patriæ consul cessantibus armis
Cotentus lictore uenit: nec inutile quærit
Ferri præsidium: solo contentus amore
Magnarum nec parcus opū: geminare pfundas
Distulit impensas: & post miracula castris
Edita: uel genero romæ maiora reseruat.
Auratos rodiis imbres: nascente minerua.
Indulisse Iouem perhibent: Bacchoque paternū
Iam pulsante femur: mutatus palluit hermus
In precium: uotiq; famem passurus auari.
Ditabat rutilo quicquid mida tangeret auro
Fabula: seu uerum canitur. tua copia uincit
Fontem hermi: tactūq; midæ: pluuiasq; tonātis
Obscurat ueteres. obscurabitq; futuros
Par donis: armisq; manus: si solueret ignis
Quas dedit immanes uili pro pondere massas.
Argenti potuere lacus: & flumina fundi.
Nec tibi quæ pariter syluis dominaris: & astris
Exiguam stilico mouit latonia curam.
Tu quoq; nobilibus spectacula nostra laboras
Illustrare feris: summoq; in uertice rupis
Alpinæ socias arcu cessante pudicas:
Et pharetratarum comitum inuiolabile cogis
Concilium. ueniunt humeros & brachia midæ
Armataeq; manus iaculis: & terga sagittis
Incompte pulchræq; tamen. sudoribus ora
Puluerulenta rubent. sexum nec cruda fatetur
Virginitas: sine lege: comæ: duo cingula uestem

Crure tenus pendere uetant. præcedit amicas
Flaua leontodome. sequitur nutrita lycæo
Nebrophone: telisq; domat quæ menala thero.
Ignea cretæa properat britomartis ab ida
Et cursu zephyris nunq; cessura lycastæ.
Iungunt se geminæ metuenda feris erymanthe.
Et soror optatum numen uenatibus opis
Progenies scythiæ: diuas nemorumq; potentes
Fecit hiperboreis delos prælata pruinis:
Hæ septem uenere duces: exercitus al ter
Nympharum incedunt: acies formosa dianæ
Centum taygeti: centum de uertice cynthi
Et totidem casto genuit quas flumine ladon.
Quas ubi collectas uidit: sic delia coepit
O sociæ: mecum thalami quæ iura perosæ
Virgineo gelidos percurritis agmine montes
Cernitis ut latio superi communibus ornent
Hunc annum studiis: quantos neptunus equorū
Donet ab urbe greges: laudi quam nulla canēdæ
Fratris plectra uacent: nostrā quoq; sentiat idem:
Quam meritis debemus opē: nō spicula poscit
Iste labor: manean t clausis nunc sicca pharetris
Omnis: & a solitis noster uenatibus arcus
Temperet: in solam cruor hic seruetur ha renā
Retibus: & claustris dilata morte tenendæ:
Ducendæq; feræ: cupidus arcete sagittas
Consulis in plausum casuris parcite monstris.
Acceleret diuisa manus: mihi cursus anhelas
Tenditur ad syrtes: mecum dictæa lycaste.
Et comes opis eat. steriles iuuat ire per æstus.
Namq; feras aliis tellus maurusia donum
Præbuit. huic soli debet ceu uicta tributum:
Dum nos horribiles libyæ: scrutamur alumnos.
Europæ uos interea perquirite saltus
Et scopulos. posita ludat formidine pastor
Securisq; canat stilliconem fistula syluis:

Parent muneribus montes: ut legibus urbes.
Dixit: & exemplo frondosa fertur ab alpe
Trans pelagus. cerui currum subiere iugales:
Quos decus esse dææ primi sub lumine cæli
Rosida fœcundis concepit luna cauernis.
Par nitor intactis niuib. frons discolor auro
Germinat: & spacio summas æquantia fagos.
Cornua ramoso surgunt procera metallo.
Opis frena tenet. fert retia rara lycaste.
Aurataq; plagas: immortalesq; molossi.
Latrantes mediis circum iuga nubibus ibante
Quinq; aliæ paribus (phœbe sic iusserat) armis.
Diuerſa regione ruunt: ducitq; cohortem
Quæq; suam. uariæ formis & gente sequuntur:
Ingenioq; canes. ille grauioribus aptæ
Morsibus: hæc pedibus celeres: hæc nare sagaces:
Hirsutaq; fremunt creſcæ: tenuesq; lacenæ:
Magnaq; taurorum fracturæ colla britannæ.
Dalmatiæ lucos abruptaq; brachia pindi.
Sparsa comam Britomartis agit. tu gallica cingis
Lustra leôtodome: germanorumq; paludes
Eruis: & si quis defensu arundine rheni
Vastus aper nimio dentes curuauerat æuo
Nubiferas alpes: appeniniq; recessus.
Garganiq; niues nicharte prompta fatigat:
Speluncas canibus thero rimatur iberas:
Informesq; cauis ursos detrudit ab antris:
Quorum sæpe tagus manantes sanguine rictus
Non faciauit aquis: & quos iam frigore segnes
Pyrenæa regit latebrosis frondibus ilex
Cirnæis siculisq; iugis uenata uirago.
Nebrophone ceruos: aliasq; in uincula cogit.
Non sæuas pecudes: sed luxuriantis harenæ
Delicias: pompam nemor: quocumq; tremédum
Dentibus: aut insigne iubis: aut nobile cornu:
Aut rigidum setis capitur: decus omne timorq;

Sylvarum. non caute latent: non molle resistunt
Fortia: non uolucris fugiunt pernicia cursu.
Hæc laqueis innexa gemunt: hæc clausa feruntur
In linguis domibus: fabri nec tigna polire
Sufficiunt: rudibus fagis texuntur & ornis
Frondeutes caueæ: ratibus pars ibat honestis
Per freta: uel fluuios. exanguis dextera torpet
Remigis: & propriam metuebat nauita mercem.
Per terram pars ducta rotis: longoq; morantur
Ordine plaustra uias montani plena triumphis
Et fera sollicitis uehitur captiua iuuentis:
Expleuit quibus ante famem: quotiensq; reflexi
Conspexere boues: pauidi temone recedunt.
Iamq; pererratis libyæ flagrantibus oris:
Legerat eximios phœbi germana leones:
Hesperidas qui sæpe fugant: uentoq; citatis
Terrificant atlanta iubis: armenta; longe
Vastant æthiopum: quorūq; impune fragosa
Murmura pastores nunq; excepere per aures.
Non illōs tedæ ardentes: non strata superne
Lapsuro uirgulta solo: non uocibus edi
Pendentis stimulata fames: non fossa fefellit
Vltro se uoluere capi: gaudentq; uideri:
Tantæ præda dex: respirant. pascua tandem
Agricolæ referant iam rupta mapalia mauri.
Tum uirides pardos: & cetera colligit austri
Prodigia: immanesq; simul latonia dentes:
Qui secti ferro in tabulas: auroq; micantes
Inscripti rutilum cælato consule nomen:
Per præces & uulgi eant: stupor omnibus indis.
Plurimus ereptis elephas inglorius errat
Dentibus infedit nigra ceruice gementum:
Et fixum dea quat ebur: penitusq; cruentis
Stirpibus auulsis patulos exarmat hiatus.
Ipsos quin etiam nobis miracula uellet
Ducere. sed pigra cunctari mole ueretur.

Tyrrhenas foetus libycos amplexa per undas
 Classica turba sonat: caudâq; a puppe retorquês
 In proram iacet ipse leo. uix subleuat unum
 Tarda ratis: fremitus stagnis auditur in imis.
 Cunctaq; prosiliunt cete: tyrrhenaq; nereus
 Confert monstra suis: sed non æquare fatetur
 Aequora: sic uictor quotiens per rubra lyæus
 Nauigat: intorquet clauum silenus: & acres
 Insudant tonsis satyri: taurinaq; pulsu
 Bracharum bromios inuitant tympana remos.
 Transtra ligant hederæ: malum circûflua uestit
 Pampinus: antennis illabitur ebria serpens.
 Perq; mero madidos currunt: soluuntq; rudentes
 Lince: & insolitæ mirantur carbasa tigres.

CLAUDIANI. PRAEFATIO IN SEXTVM
 HONORII AVGVSTI CONSVLATVM.

OMNIA QVAE SENSU Voluuntur
 nota diurno
 Pectore sopito reddit amica quies.
 Venator defensa toro: quum membra
 reponit:
 Mens tamen ad syluas: & sua lustra redit.
 Indicibus lites: aurigæ somnia currus:
 Vanaq; nocturnus meta cauetur equis.
 Furto gaudet amans: permutat nauita merces:
 Et uigil elapsas quærit auarus opes.
 Blanda q; largitur frustra sitientibus agris:
 Irriguus gelido pocula fonte sopor.
 Me quoq; musarum studium sub nocte silenti
 Artibus assuetis sollicitare solet.
 Namq; poli media stellantis in arce uidebar
 Ante pedes summi carmina ferre iouis.
 Vtq; fauet somnus: plaudebant numina dictis:
 Et circumfusi sacra corona chori.

Enceladus mihi carmen erat. uictusq; typhoeus.
Hic præmit iarimes huc grauis ætæa domat.
Quâ latus post bella iouem suscepit æther
Phlegrææ referens premia militiæ.
Additur ecce fides: nec me mea ludit imago:
Irrita nec falsum somnia misit ebur.
En princeps: en orbis apex æquatur olimpo.
En quales meminit turba uerenda deos.
Fingere nil maius potuit sopor: altaq; uati
Conuentum cælo præbuit aula parem.

CLAVDIANI PANEGRIS IN SEXTVM
Honorii Augusti consulatum.

VREA FORTVNÆ REDVCI SI
templa priores
OBREDITVM VOVERE DVcum
non dignius unq;
Hæc dea p meritis amplas sibi posceret ædes:
Quâ sua quom pariter trabeis repetatur & urbi
Maiestas: nec enim campis solennis: & urna
Luditur in morem: species nec dissona coetus:
Aut peregrina nitet simulati iuris imago
Indigenas habitus natiua palatia sumunt:
Et patriis plebem castris sociante quirino:
Mars augusta sui renouat suffragia campi.
Qualis erit terris: quem mons euandrius offert:
Romanis auibus quem tybris inaugurat annum.
Quâq; omnes quicunq; tui cognominis anni:
Semper inoffensum dederat successibus omen.
Sintq; trophæa tuas semper comitata secures:
Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
Vrbis: & augusti geminato nomine felix.
Nanq; uelut stellas babylonia cura salubres
Optima tunc spondet mortalibus edere fata:
Cælicolæ quum celsa tenent: summoq; feruntur

Cardine: nec radios humili stratione recundunt.
Haud aliter latæ sublimis signifer aulæ
Imperii sidus propria cum sede locauit:
Augēt spes italas: & certius omnia surgunt
Vidtrici concepta solo: quum pulcher apollo
Lustrat hyperboreas delphis cessantibus aras:
Nil tum castaliæ riuis communibus: undæ
Dissimiles: uili nec discrepat arbore laurus:
Antraq; mœsta silent: inconsultiq; recessus.
At si phœbus adest: & frenis gripha iugalem
Ryphæo tripodas repetens detorsit ab axe:
Tunc syltiæ: tunc antra loqui: tunc uiuere fontes:
Tunc sacer horror aquis: adytisq; effunditur echo
Clarior: & doctæ spirant præfagia rupes.
Ecce palatino creuit reuerentia monti:
Exultatq; habitante deo: potioraq; delphis
Supplicibus late populis oracula pandit.
Atq; suas ad signa iubet reuiescere lauros,
Non alium certe decuit rectoribus orbis
Esse larem: nulloq; magis se colle potestas
Aestimât: & summi sentit fastigia iuris.
Attollens apicem subiectis regia rostris
Tot circum delubra uidet: tantisq; deorum
Cingitur excubiis: iuuat intra tecta tonantis
Cernere tarpeia pendentes rupe gigantes:
Cælataq; fores: mediisq; uolantia signa
Nubibus: & densum stipantibus æthera tēplis:
Aerq; uestitis numerosa pupæ columnis
Constita: subnixasq; iugis immanibus ædes
Naturam cumulante manu: spoliisq; micantes
Innumeros arcus: acies: stupet igne metallis:
Et circumfuso trepidans obtunditur auro
Agnoscis ne tuos princeps uenerande penates?
Hæc sunt quæ primis olim miratus in annis
Patre pio monstrate petis. nil optimus ille
Diuorum toto meruit felicius æuo.

Quam quod romuleis uidetur sub mœnibus ægit
Te consorte dies: quum se melioribus addens
Exemplis: ciuem gereret terrore remoto
Alternos cum plebe iocos: dilectaq; passus
Iurgia: patriciasq; domos: priuataq; passim
Visere deposito dignatus limina fastu
Publicus hinc ardescit amor cum moribus æquis
Inclinat populo regale modestia culmen:
Teq; rudem uitæ quauis diademate nec dum
Cingebare comas: socium summebat honorum
Purpureo fotum gremio: paruumq; triumphis
Induit: & magnis docuit præludere fastis.
Te linguis uariæ gentes: missiq; rogatum
Fœdera. persarum procures cum patre sedentem
Hac quondam uidere domo: positaq; tiara
Submisere genu. tecum prælarga uocauit
Ditandas ad dona tribus. fulgentia tecum
Collecti. trabeatus adit delubra senatus
Romano puerum gaudens offerre fauori.
Ut nouis imperio iam tunc assuesceret hæres:
Hinc tibi concreta radice tenacius hæsit:
Et penitus totis inoleuit roma medullis
Dilectæq; urbis teneris conceptus ab annis
Tecum creuit amor: nec te mutare reuersum
Eualuit propria nutritor bosporus arce.
Et quotiens optare tibi: quæ mœnia males
Alludens genitor regni pro parte dedisset:
Diuitis auroræ solium: sortemq; paratam
Sponte remittebas fratri. regat ille uolentes
Assyrios. habeat pharium cum tigride nilum
Contingat mea roma mihi. nec uota fefellit
Euentus: fortuna nouum mirata tyrannum
Iam tibi quærebat latium: belloq; secundo
Protinus eoa uelox accitus ab aula
Suscipis hesperiam patrio bis Marte receptam.
Ipsa per illyricas urbes oriente relicto

Ire serena comes nullo deterrita casu
Materna te mente fouens: latioq; futurum
Rectorem generumq; sibi: seniore supernas
Iam repetente plagas: illo sub cardine rerum
Sedula seruatum per tot discrimina pignus
Restituit sceptris patrui: castrilq; mariti
Certauit pietate domus: fideq; reductum
Coniugis officiis stiliconis cura recepit.
Felix ille parens: qui te securus olympum
Succedente petit: quam latus ab æthere cernit
Se factis creuisse tuis. duo namq; fuere
Europæ: libyæq; hostes: maurusius atlas
Gildonis furias. Alaricum barbara peuce
Nutrierat: qui sæpe tuum spreuere prophana
Mente patrem. thracum ueniens e finibus alter
Hebri clausit aquis. alter præcepta uocantis
Respuit: auxiliisq; ad proxima bella rogatis
Abiurata palam libyæ possederat arua:
Quorum nunc meritam repetēs nō imemor iræ
Suppliciis fruitur: natoq; ultore triumphat
Ense thyestiadæ poenas exegit orestes:
Sed mixtum pietate nefas: dubitandaq; cædis
Gloria maternæ: laudem cum crimine pensat:
Pauit iulæos inuiso sanguine manes
Augustus: sed falsa pii præconia sumpsit
In luctum patriæ ciuili strage parentis.
At tibi causa patris rerum coniuncta saluti
Bellorum duplicat lauros. huiusdemq; trophæis
Reddita libertas orbi: uindicta parenti.
Sed mihi iam pridem captum parnasia maurum
Pieriis egit fidibus chelis: arma getarum
Nuper apud socerum plectro celebrata recenti.
Aduentus nunc sacra tui libet ædere musis:
Grataq; patratis exordia sumere bellis.
Iam pollentini tenuatus funere campi
Concessaq; sibi (rerum sic ammonet usus.)

Luce tot amissis sociis atq; omnibus una
Direptis opibus latio discedere iussus
Hostis: & immensi reuolutus culmine fati
Turpe retexit iter: Qualis piratica puppis:
Quæ cunctis infensa fretis: scelerumq; referta
Diniitiis multasq; diu populata carinas
Incidit in magnam: bellatricemq; triremem:
Dum prædam de more putat: uiduatq; casis
Remigibus: scissis uelorum debilis alis:
Ordo gubernaculis: antennis saucia fractis
Ludibrium pelagi uento iactatur & unda:
Vastato tandem pœnas luitura profundo:
Talis ab urbe minas retro fletebat manes
Italiam fugiens: & quæ uenientibus ante
Prona fuit: iam difficilis: iam dura reuersis
Clausa putat sibi cuncta pauor: retroq; relictos
Quos modo terrebat rediens exhorruit amnes.
Vndosa tum forte domo: uitreisq; sub antris
Rerum ignarus adhuc: ingenti pectore curas
Volebat pater eridanus: Quis bella maneret
Exitus: imperiumue ioui: legesq; placerent:
Et uitæ romana quies: an iura perosus
Ad priscos pecudum damnaret sæcula ritus.
Talia dum secum mouet anxius: aduolat una
Naiadum resoluta comam: complexaq; patrem
En alaricus ait. non qualem nuper ouantem
Vidimus exangues genitor mirabere uultus
Percensere manum: tantaq; ex gente iuuabit
Reliquas numerasse breues. iam desine mœsta
Fronte q̄ri: nymphasq; choris iâ redde sorores.
Dixerat. ille caput placidis sublime fluentis
Extulit: & totis lucem spargentia ripis
Aurea roranti micuerunt cornua uultu.
Non illi madidum uulgaris arundine crinem
Velat honos: rami caput umbrare uirentes
Heliadum: totisq; fluunt electra capillis.

Palla tegit latos humeros: cui ruq; paterno
Intextus phaeton glaucos incendit amictus.
Fultaq; sub gremio cælatis nobilis astris
Aethereū probat urna decus: nāq; omnia luctus
Argumenta sui titan signauit olympo
Mutatumq; senem plumis; & fronde sorores:
Et fluuium nati qui uulnera lauit anheli.
Stat gelidis auriga plagis. uestigia fratris
Germanæ seruant hyades: cigni; sodalis
Lacteus extentas aspergit circulus alas.
Stelifer eridanus sinuatis fluctibus errans
Clara noti conuexa rigat: gladioq; tremendum
Gurgite sidereo subterluit oriona.
Hoc deus effulgens habitu prospexit euntes
Deiecta ceruice getas tunc talia fatur.
Siccine mutatis properas alarice reuerti
Consiliis? italæ sic te iam pœnitet oræ?
Nec iam cornipedem tyberino gramine pascis:
Vt rebare tuum. thufis nec figis arattum
Collibus: o cunctis herebi dignissime pœnis
Tu ne gigantæis urbem tentare deorum
Aggressus furiis? nec te meus improbe saltem
Terruit exemplo phaethon? qui fulmina præcepit
In nostris efflauit aquis: dum flammea cæli
Flectere terrenis meditatur frena lacertis:
Mortaliq; diem sperat diffundere uultu.
Crede mihi simili bacchatur crinine: quisquis
Aspirat romæ spoliis: aut solis habenis.
Sic fatus ligures uenetosq; erectior amnes
Magna uoce ciet: frondentibus humida ripis
Colla leuant: pulcher ticinus: & Adua uisu
Ceruleus: & uelox atthesis: tardusq; meatu
Mincius: inq; nouem consurgens ora timauus
Insultant omnes profugo: pacataq; lætum
Inuitant ad prata pecus. iam pana lycæum.
Iâ dryades reuocant: & rustica numina phaunos:

Tu quoq; non paruum getico uerona triumpho
Adiungis cumulum nec plus pollentia rebus
Contulis aufoniis: aut moenia uindictis hastæ
Hic rursus dum pacta mouet: damnisq; coactus
Extremo mutare parat præsentia casu.
Nil sibi periurum sensit prodesse furorem
Conuerti nec fata loco: multilq; suorum
Diras paut aues: inimicaq; corpora uolens
Ionios atthesis mutauit sanguine fluctus.
Oblatum stilico uiolato foedere marem
Omnibus arripuit uotis: ubi roma periclo
Iam procul: & belli medius padus arbiter ibat:
Iamq; opportunam motu statuisse rebelli
Gaudet perfidiam præbens exempla labori.
Sustinet accensos æstiuo puluere soles.
Ipse manu metuendus adest: inopinaq; cunctis
Instruit arma locis: & qua uocat usus ab omni
Parte uenit. fesso si deficit agmine miles
Utitur auxiliis: damni securus: & astu
Debilitat sænum cognatis uiribus istrum.
Et duplici lucro committens prælia uertit
In se barbariem nobis utrinq; cadentem
Ipsum te caperet: letoq; alarice dedisset
Ni calor incauti male festinatus alani
Dispositum turbasset opus: ppe captus anhelum
Verbere cogis equum: nec te uitasse dolemus.
I: potius gentis reliquum: tantisq; superstes
Danubii populis: & nostrum uiue trophæum.
Non tamen ingenium tantis se cladibus atrox
Deiicit: occulto tentabat tramite montis:
Si quas per scopulos subitas exquirere posset
In rethos gallosq; uias. sed fortior obstat
Cura ducis (quis enim diuinum fallere pectus
Possit?) & excubiis uigilantia numina regni:
Cuius consilium non unq; reperit hostis:
Nec potuit texisse suum: secreta getarum

Nosse prior: celeriq; dolis occurrere sensu
Omnibus exclusus coeptis confidit in uno
Colle tremens; frondesq; licet depastus amaras
Arboreo figat sonipes in cortice morsus:
Et terris collecta cibis: anniq; uapore
Sæuiat aucta lues: & miles probra superbus
Ingerat absesso: captiuq; pignora monstret.
Nō tamen aut morbi rabies: aut omne periculum
Docta subire fames: aut prædæ luctus ademptæ:
Aut pudor: aut dictis mouere procacibus iræ.
Vt male tentato totiens se credere campo
Comminus auderet. nulla est uictoria maior:
Quā q̄ confessos animo quoq; subiugat hostes.
Iamq; frequens rarum decerpere trās fuga robur
Cooperat: inq; dies numerus decrescere castris:
Nec iam deditio paucis occulta parari:
Sed cunei: totaq; palam discedere turmæ
Consequitur: uanoq; fremens clamore retentat.
Cumq; suis iā bella gerit: mox numina supplex
Cum precibus: fletuq; ciet: ueterumq; laborum
Admonet: & frustra iugulum pcentibus offert
Defixoq; malis animo sua membra: suasq;
Cernit abire manus Qualis cybellea quasi ans
Hyblæus procul æra senex reuocare fugaces
Tinnitu conatur apes: quæ sponte relictis
Desciuere fauis: sonituq; exhaustus in ani
Raptas mellis opes: solitaq; oblita latebræ
Per fida deplorat uacuis examina ceris.
Ergo ubi præclusæ uoci laxata remisit
Frena dolor: notasq; oculis humentibus alpes
Aspicit: & nimium diuersi stamine fati
Præsentis reditus. fortunatosq; reuoluit
Ingressus: solo peragens cum murmure bellum:
Protento leuiter frangebatur mœnia conto
Irridens scopulos: nunc desolutus: & expers
Debita pulsato reddit spectacula monti.

Tunc sic ausonium respectans æthera fatur.
Heu regio funesta getis: heu terra sinistris
Auguriis calcata mihi: faciare nocentum
Cladibus: & tandem nostris inflectere pœnis.
En ego qui toto sublimior orbe ferebar:
Ante tuum felix aditum: ceu legibus exul:
Addictusq; reus flatu propiore sequentum
Terga p̄rior: quæ prima miser: quæ funera dictis
Posteriora querar: nec me pollentia tantum:
Nec captæ cruciastis opes. hæc aspera fati
Sors tulerit: martisq; uices: non funditus armis
Concideram: stipatus adhuc equitumq; cateruis
Integer ad montes reliquo cum robore cessi:
Quos apeninum perhibent: hunc esse ferebat
Incola: qui siculum porrectus adusq; pelorum
Finibus ad ligurum populos amplectitur omnes
Italix: geminamq; latus stringentia longe:
Vtraq; perpetuo discriminat a quora tractu.
Hic ego continuum si per iuga tendere cursum:
Vt prior iratæ fuerat sententia menti
Iam desperata uoluissē luce. Quid ultra
Omnibus oppeterem fama meliore peris:
Et certe moriens propius te roma uiderem.
Ipsaq; percultas segetes mors nostra sequuto
Victori damnosa foret: sed pignora nobis
Romanus: charasq; nurus: prædamq; tenebat.
Hoc magis exertum raperem succinctior agmen.
Heu quibus insidiis: qua me circumdedit arte
Fatalis semper stilico: dum parcere fingit
Rettulit hostiles animos: Bellumq; remenso
Eualuit transferre pado pro fœdera saxo.
Deteriora ingo: tunc uis extincta getarum:
Tunc mihi tunc letum pepigi uiolentior armis
Omnibus. expugnat nostram clementia gentem
Mars grauior sub pace latet: capiorq; uicissim
Fraudibus ipse meis: quis iam solatia fessio

Consiliumue serat sociis suspectior hoste?
Atque utinam cunctos licuisset perdere bello.
Nam quisquis duro cecidit certamine: nunquam
Definit esse meus. melius mucrone perirent.
Auferretque mihi luctu leuiore sodales
Victa manus: quam lassa fides nullusque clientum
Permanet: offensus comites odere propinqui.
Quid moror inuisa lucem? qua sede recondam
Naufragii fragmenta mei: quæue arua requiram?
In quibus haud unquam stilico: nimiumque potentis
Italiam nostras nomen circumsonet aures.
Hæc memorans instante fugam stilicone: retendit
Expertas horrens aquilas. comitatur euntem
Pallor: & atra fames: & saucia liuidus ora
Luctus: & inferno stridentes agmine morbi.
Lustralem sic triste facem cui lumen odorum
Sulfure ceruleo: nigroque bitumine fumat
Circum membra rotæ doctus purganda sacerdos
Rore pio spargens: & dira fugantibus herbis
Numina: terrificumque iouem: triviumque precatus
Trans caput auersus manibus iaculatur in austrum
Secum rapturas cantata piacula tedas.
Acrior interea uisendi principis ardor
Accendit cum plebe patres: & sæpe negatum
Flagitat aduentum: nec tali publica uota
Consensu tradunt atque caluisse per orbem
Dacica Bellipotens quum fregerit ulpius arma:
Atque indignantes iniura redegerit artos:
Quum cinxere faces hypanium: mirataque leges.
Romanum stupuit mœotica terra tribunal.
Non tantis patriæ studiis ad templa uocatus
Clemens marte redis: quum gentibus undique cincta
Exiit hesperiam paribus fortuna periculis
Laus ibi nulla ducum: nam flammæus hymber in hostem
Decidit: hunc dorso trepidum flammante ferebat
Ambustus sonipes hic tabescente solutus

Subsedit galea:liquefactaq; fulgure cusps
Canduit:& subitis fluxere uaporibus enses.
Tunc contenta polo:mortalis nescia teli
Pugna fuit:chaldæa mago seu carmina ritu
Armauere deos:seu quod reor omne tonantis
Obsequium marti mores potuere mereri
Nunc quoq; presidium latio nō deesset olympi:
Deficeret si nostra manus:sed prouidus æther
Noluit humano titulos auferre labori.
Ne tibi iam princeps soceri sudore paratam
Quam meruit uirtus:ambirent fulmina laurum
Iam totiens missi procures.responsa morandi
Rettulerant:donec differri longius urbis
Cōmunes non passa preces penetratibus altis
Profiliit:uultuq; palam confessa coruscos
Impulit ipsa suis cunctantem roma quærelis.
Dissimulata diu tristes in amore repulfas
Vestra parens auguste q̄ror:quo nā usq; tenebit
Prælatas mea uota ligur? uetitumq; propinqua
Luce frui:spaciis decernens gaudia paruis
Torquebit rubicon uicino nomine tybrim.
Nonne semel spreuisse sat est:quū reddita bellis
Africa uenturi spe lusit principis urbem:
Nec duras tantis precibus permouimus aures.
At ego frenabam geminos:quibus altior ires:
Electi candoris equos:& nominis arcum
Iam molita tui:per quem radiante decorus
Ingredere toga:pugna monumenta dicabant
Defensam titulo libyam testata perenni.
Iamq; parabantur pompæ simulacra futuræ
Tarpeio spectanda ioui:cælata metallo
Classis:ut auratos fulcaret remige fluctus:
Ut massila tuos anteirent oppida currus
Palladiaq; comas innexus arundine triton
Et domitis ueheretur equis:& in ære trementem
Succinctæ famulum ferrent atlanta cohortes.

Ipse iugurthinam subiturus carcere poenam
Preberet fera colla iugo:ui captus:& armis
Nec Bochi syllæue dolis:sed prima remitto.
Nûc præsens etiam getici me laurea belli
Declinare potest.sedes ne capacior ulla
Tantæ laudiserit?tua te benefacta morantem
Conueniunt:meritisq; suis obnoxia uirtus
Quos seruauit:amat.iam flauescencia centum
Messibus æstiuæ detondent gargara falces:
Spectatosq; iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenris sæcula consul.
His annis qui lustra mihi bisdena recensent
Nostra ter augustos intra pomeria uidi
Temporibus uariis eadem sed causa trophæi
Ciuis dissensus erat:uenere superbi
Scilicet ut latio respersos sanguine currus
Aspicerem:quisq; nec piæ lætanda parenti
Natorum lamenta putat?faucere tyrannis.
Sed nobis periere tamen quum gallica uulgo
Prælia iactaret:tacuit pharsalia cæsar.
Namq; inter socias acies:cognataq; signa
Ut uinci miserum:nunq; uicisse deorum.
Restituat priscum per te iam gloria morem
Verior:& fructum sinceræ laudis ab hoste.
Dessuetum iam redde mihi:sumptisq; furoris
Externi spoliis fontes absolue triumphos.
Quem precor ad finem laribus seiuncta potestas
Exulat:imperiumq; suis a sedibus errat.
Quur mea quæ cunctis tribuere palatia nomen
Neglecto squalent senio?nec creditur orbis
Illic posse regi:medium non deserit unq;
Cæli phœbus iter:radius tamen omnia lustrat:
Segnius an ueteres istrum:rhenumq; tenebant?
Qui nostram coluere domum:leuiusne timebant
Tigris:& euphrates:quû fœdera medus:& idus
Hinc peteret:pacemq; mea speraret ab arce.

Hic illi mansere uiri: quos mutua uirtus
Legit: & in nomen romanis rebus adoptans
Iudicio pulchram seriem: non sanguine duxit.
Hic proles atatum deducens hælia neruam
Tranquilli: pii: bellatoresq; se ueri.
Hic ciuis dignare forum: conspectaq; dudum
Ora refer pompam recolens sub mente priorem:
Quem tenero patris comitem susceperat æuo.
Nunc duce cum socero iuuenem te tybris adoret
Orantem medio princeps sermone refouit.
Nunq̃ aliquid frustra per me uoluisset dolebis
O dea: nec legum fas est occurrere matri:
Sed nec post libyam: falsis ne perge querellis
Incusare tuos: patriæ mandata uocantis
Spreuimus: aduictæ missio stilicone curules:
Vt nostras tibi roma uices pro principe consul
Impleret: generoq; socer uidistis in illo.
Me quoq; sic credat pietas: nec sanguine solo:
Sed clavis potius factis experta parentem.
Cuncta quidē centum nequeā perfringere linguis:
Quæ pro me mundoq; gerit: sed ab oibus unum.
Si necdum potuit fama te roma docebo
Subiectum nostris oculis: & cuius agendi
Spectator uel causa fui: populator achiuæ:
Bistoniarq; plagæ crebris successibus amens:
Et ruptas animis spirans immanibus alpes.
Iam ligurum trepidis admouerat agmina muris
Tutior auxilio brumæ: quod gentibus illis
Frigore consuetis fauet inclementia cæli.
Meq; minabatur calcato obsidere uallo.
Spem uano terrore fouens: si forte remotis
Præfidiis urgente metu: qua uellet obire:
Condicione fidem: nec me timor impulit ullus
Et duce uenturo fretum: memoremq; tuorum
Roma ducū: quibus haud unq̃ uel morte parata
Fœdus lucis amor pepigit dispendia famæ

Mox & per latum stelarum more uidebam
Barbaricos ardere focos: iam classica primos
Excierat uigiles: gelida quum pulcher ab arcto
Aduenit stilico: medius sed clauserat hostis
Inter me & focerum: pontemq; uiamq; tenebat
Adua quo scissas spumosi incitat undas.
Quid faceret? differret iter? discrimina nullas
Nostra dabant adeunda moras. prumpet agmē.
Sed paucis comitatus erat. nam plurima retro
Dum nobis properat succurere: liquerat arma
Extera: uel nostras acies hæc ille loquutus
Ancipiti: longum socias: tardumq; putauit
Expectasse manus: & nostra pericula tendit
Post habitis pulsare suis: mediumq; per hostem
Flammatus uirtute pia: propriæq; salutis
Immemor: & stricto prosternens obuia ferro
Barbara fulmineo secuit tentoria cursu.
Nunc mihi tydiden attollant carmina uatum:
Quod iuncto fidens ithaco patefacta dolonis
Indicio: dapibusq; simul religataq; somno
Thracia sopiti penetrauerat agmina rhæsi:
Graiaq; rettulerit captos ad castra iugales
Quorum: si qua fides argentibus omnia musis
Impetus excessit zephyros: candorq; pruinas.
Ecce uirum: taciti nulla qui fraude saporis
Ense palam sibi pandit iter: remeatq; cruentus:
Et diomedæis tantum præclarior ausis:
Quantum lux tenebris: manifesta; prælia furtis.
Adde quod & ripis steterat munitior hostis:
Et cui nō uigilem fas est componere rhæsum
Traxerat: hic thracū domitor. nō tela retardat
Obice non hæsit fluuii. Sic ille minacem
Tyrrhenam labente manū pro ponte repellens
Traiecit clipeo tybrim: quo texerat urbem
Tarquino mirante cocles: mediisq; superbus
Porfennam respexit aquis. celer adua nostro

Sulcatur focero: seu quin transiret hetruscis
Ille dabat tergum: geticis hic pectora bellis
Exere nunc doctos tantæ certamine laudis
Roma choros: & quanta tuis facundia pollet
Ingeniis: nostrum digno sonet ore parentem.
Dixit: & antiquæ muris egressa rauennæ
Signa mouet: iamq; ora padi: portusq; reliquit
Flumineos: certis tibi legibus aduena nereus
Aestuat: & pronas puppes nunc amne secundo
Nunc redeunte uehit: nudataq; littora fluctu
Deferit: oceani lunaribus æmula damnis
Lætior hinc fano recipit fortuna uetusto:
Despiciturq; uagus prærepta ualle metaurus:
Qua mons arce patens uiuo se perforat arcu.
Admisitq; uiam sectæ per uiscera rupis
Exuperans delubra iouis: saxoq; minantes
Apeninigeris cultas pastoribus aras.
Quin & clitumni sacras uictoribus undas
Candida q̄ latiis prebent armenta triumphis
Visere cura fuit. nec te miracula fontis
Prætereunt tacito passu: quem si quis adiret:
Lentus erat: si uoce gradum maiore citasset
Cōmixtis feruebat aquis: cūq; omnibus una
Sit natura uadis: similes ut corporis umbras
Ostendant: hæc sola nouam iactantia sortem
Humanos properant imitari flumina mores.
Celsa dehinc patulum prospectas narnia campū
Regali calcatur equo: rarq; coloris
Non pcul amnis abest urbi: qui nominis auctor
Illice sub densa syluis arctatur opacis.
Inter utrūq; iugum tortis anfractibus albet
Inde salutato libatis tybride lymphis
Excipiunt arcus: operosaq; semita uassis
Mollibus: & quicquid tantæ præmittur: urbi.
Ac uelut officiis trepidantibus ora puellæ
Spe propiore tori mater sollertior ornat

Adueniente proco:uestesq; & cingula comit
Sæpe manu:uiridiq; angustat iaspide pectus:
Substringitq; comam gēmis:& colla monili
Circuit:& baccis onerat candentibus aures:
Sic oculis placitura tuis:insignior auctis
Collibus & nota maior se roma uidendam
Obtulit.addebant pulchrum noua moenia uultū
Audito perfecta recens rumore getarum:
Profecitq; opifex decori timor:& uice mira:
Quam pax intulerat:bello discussa senectus.
Exerit subitas turres:cinctosq; coegit
Septem continuo montes iuuenescere muros:
Ipse fauens uotis:solitoq; decentior aer:
Quauis assiduo noctem fœdauerat hymbre
Principis:& solis radiis deterfa remouit
Nubila.nam pluuiis ideo turbauerat omnes
Ante dies:lunamq; rudem madefecerāt auro.
Vt tibi seruatum scirent conuexa serenum
Omne palatino:qua pons a colle recedit
Miluius:& quatum licuit confurgere testis.
Vna replet turbæ facies.undare uideres
Ima uiris:atlas effulgere matribus ædes.
Exultant iuuenes æquæni principis annis
Temnunt prisca senes.& i hūc sibi prospera fati
Gratatur durasse diem:moderataq; laudant
Tempora:quod clemens aditu:quo tēpore solus
Romanos uetuit currum præcedere patres:
Quū tamen eucherius cui regius undiq; sanguis.
Atq; augusta soror fratri præberet ouanti
Militis officium.Sic illum dura parentis
Instituit pietas:in se uel pignora parci.
Quiq; neget nato:pcerum quod prestat honoris
Hoc sibi cura senum:maturaq; cōprobat ætas:
Idq; inter ueteris speciem præsentis & aulæ
Iudicat hunc ciuem:dominos uenisse priores
Conspicuas cum flore genas:diademate crinem;

Membraq; gemmato trabæ uiridantia cinctus:
Et fortes humeros: & certatura lyæo:
Inter erythreos surgentia colla smaragdos
Mirari sine finenurus: ignarq; uirgo:
Cui simplex calet ore pudor: per singula cernens
Nutricem consultat anum: quid fixa draconū
Ora uelint: uentis fluitant: an uera minentur
Sibila: suspensum rapturi faucibus hostem.
Ut calibe indutos equites: & in ære latentes
Vidit cornipedes: qua nam de gente rogabat
Ferrati uenere uiri: quæ terra metallo
Nascentes informat equos. num lemnus auctor.
Addidit hinnitum ferro: simulacraq; bellis
Viua dedit: gaudet metuens: & pollice mōstrat.
Quod picturatas galeæ iunonia cristas
Ornet auis: uel quod rigidos uibrata per armos
Rubra sub aurato crispentur serica dorso
Tunc tibi magnorum mercem fortuna laborum
Perfoluit stilico: curru quum uectus eodem
Urbe triumphantem generum florente iuuenta
Conspiceres: illumq; diem sub corde referres:
Quo tibi confusa dubiis formidine rebus
Infantem genitor moriens commisit alendum
Virtutes uariæ fructus sensere receptos:
Depositum seruasse fides: constantia paruum
Præfecisse orbi: pietas fouisse propinquum:
Hic est ille puer: qui nunc ad rostra quirites
Euocat: & folio fultus genitoris eburno
Gestarum patribus causas ex ordine rerum:
Euentusq; refert: neterumq; exempla sequutus
Digerit imperii sub iudice facta senatu
Nil cumulat: uerbisq; nihil fiducia cælat
Fucati sermonis opem: mens conscia laudis
Abnuit: agnoscunt procures: habituq; gabino
Principis: & ducibus circum stipata togatis
Iure paludatæ iam curia militat aulæ

Affuit ipsa suis, talis uictoria templis
Romanae tutela toga: quæ diuite penna
Patricii reuerenda fouet sacraria coetus.
Castrorumq; eadem comes indefessa tuorum.
Nunc tandem fruitur uotis: atq; omne futurum
Te roma: seseq; tibi promittit in æuum.
Hinc te iam patriis latibus uia nomine uero
Sacra refert: flagrat studiis concordia uulgi:
Quam non illecebris dispersi colligis auri:
Nec tibi uenales captant araria plausus
Corruptura fidem: meritis offertur inemptus
Pura mente fauor, nam munere charior omni
Astringit sua quæq; salus, procul ambitus errat
Non quarit precium uitam: qui debet amori.
O quantum populo secreti numinis addit
Imperii præsens species, quantamq; rependit
Maiestas alterna uicem quem regia circi
Connexum gradibus ueneratur, purpura uulgi
Consensuq; cauæ sublatus in æthera uallis
Piebis adoratae reboat fragor: unaq; totis
Intonat angustum septenis arcibus echo
Nec solis hic cursus equis, assueta quadrigis
Cingūt arua tigres: subitaq; aspectus harenæ
Diffudit libyco aliena ualle cruores.
Hic & belligeros exercuit area lusus.
Armatos hic sæpe choros: certa; uagandi
Textas lege fugas: inconfusosq; recursus
Et pulchras errorum artes iocundaq; martis
Cernimus: insonuit quū uerbere signa magister
Mutatos edunt pariter tunc pectora motus
In latus illis clypeis: aut rursus in altum
Vibratis graue parma sonat mucronis acuti
Murmur, & ubonum pulsu modulante resultas.
Ferreus alterno contentus clauditur ense
Vna omnis subnixa phalanx tantæq; salutant
Te princeps galeæ: partis inde cateruis

In uarios docto discurritur ordine gyros:
Quos neq; semiferi cortinia tecta iuueni:
Flumina uel crebro uincat mæandria flexu
Discretò reuoluta gradu. torquentur in orbes
Agmina: perpetuisq; immoto cardine claustris
Ianus bella premens læta sub imagine pugnae
Armorum innocuos paci largitur honores.
Iamq; nouum fastis aperit felicibus annum
Ore coronatus gemino iam tybris in uno
Et bruti cernit trabeas: & scepra quirini.
Consule letatur post plurima sæcula uiso
Pallantæus apex. agnoscunt rostra curules
Auditas quondam proauis: dissuetaq; cingit
Regius auratis fora fascibus. ulpia lictor
Et sextas getica præuelans fronde secures
Colla triumphati proculcat honorius istri.
Exeat in populos cunctis illustrior annis
Natus fonte suo: quem non aliena per arua
Induit hospes honor: cuius cunabula fouit
Curia: quem primi tandem uidere quirites:
Quem domitis auspex peperit uictoria bellis.
Hunc & priuati titulis famulantibus anni:
Et quos armipotens genitor: regesq; priores
Diuersis gessere locis ceu numen adorent.
Hunc: & quinq; tui: uel quos habiturus in urbe
Post alios auguste colant: licet unus in omnes
Consul eas: magno sextus tamen iste superbit
Nomine præteritis melior uenientibus auctor.

CLAVDIANI PRAEFATIO de bello getico id
est de uictoria Stiliconis contra Alaricum.

OST RESIDES ANNOS LONGO
P nelut excita somno
Romanis fruitur nostra thalia choris.
Optatos renouat eadē mihi culmia cœtus
Personat & noto pythia uate domus.

Consulis hic fasces cecini: libyamq; receptam
Hic mihi pro stratis bella canenda getis
Sed prior effigiem tribuit successus amœnam.
Oraq; patricius nostra dicauit honos.
Annuit hic princeps titulum poscente senatu.
Respice iudicium quum graue musa subis.
Ingenio minuit merces properata fauorem.
Carminibus ueniam premia tanta negant.
Et magis intento studium censore laborat:
Quod legimur medio:conspicimurq; foro.
Materies tamen ipsa iuuat:solitumq; tumorem
Dicturo magna sedula parte leuat.
Nam mihi conciliat gratas impensius aures:
Vel meritum libri:uel stiliconis amor.

Hic mihi pro fratribus bella canenda getis

Sed prior effigiem tribuit successus amoenam.

Oratꝝ patricius nostra dicauit honos.

Annuat hic principes titulum poscente senatu.

Respice iudicium quum graue mufa subis.

Ingenio minuit merces properata fauorem.

Carminibus ueniam premia tanta negant.

Et magis intento studium cenfore laborat:

Quod legimur medio:conspicimurq; foro.

Materies tamen ipsa iuuat: solitumq; tumorem

Dicturo magna sedula parte leuat.

Nam mihi conciliat gratas impensius aures:

Vel meritum libri: uel stiliconis amor.

CLAVDIANI DE VICTORIA STILICONIS
contra Alaricum.

NTACTI QVVM CLAVstra freti
i coeuntibus æquor
ARMATVM SCOPVLIS AVDAX
irrumperet argo

i coeuntibus æquor

ARMATVM SCOPVLIS AVDAK

irrumperet argo

Aetam: colchosq; petens propiore periclo
Omnibus attonitis solus post numina typhis
Incolumen tenui damno seruasse carinam
Fertur: & ancipitem montis uitasse ruinam
Deceptoq; uagæ concursu rupis in altum
Victriciem duxisse ratem. stupuere superbæ
Arte uiri domitæ symplegades: & noua passæ
Iura soli: faciles cunctis iam pupibus hærent
Vt uinci didicere semel. Quod si ardua typhius
Nauis ob innocuæ meritum sic gloria uexit:
Quæ tibi pro tanti pulso discrimine regni
Sufficient laudes Stilico: licet omnia uates
In maius celebrata ferant: ipsamq; secandis
Argois trabibus iactent sudasse minervam

Omnibus attonitis solus post numina typhis

Incolumen tenui damno seruasse carinam

Fertur:& ancipitem montis uitasse ruinam

Deceptoꝝ uagæ concursu rupis in altum

Victriciem duxisse ratem. stupuere superbæ

Arte uiri domitæ symplegades: & noua passæ

Iura soli: faciles cunctis iam pupibus hærent

Vt utinam didicere semel. Quod si ardua typhus

Navis ob innocuæ meritum sic gloria uexit:

Quæ tibi pro tanti pulso discrimine regni

Sufficient laudes Stilico: licet omnia uates

In maius celebrata ferant: ipfamq; fecandis

Argois trabibus iactent sudasse minervam

Nec nemoris tantum uinxisse carentia sensu
Robora: sed caeso teneri iouis augure luco
Arbore praesaga tabulas animasse loquaces:
Plurima sed quauis uariis miracula monstis
Ingeminent teneras uincturi carmine mentes:
Harpyiasque truces: insopitisque refusum
Tractibus aurati custodem uelleris anguem:
Et iuga raurorum rapidis ambusta fauillis.
Et uirides galeis fulcos: foetasque nouales:
Martis: & in segetem crescentis semina belli.
Nil ueris aequale dabunt prohibere rapaces
Scilicet harpyias: unaque excludere mensa
Nobilior titulis: quam tot potuisse paratas
In latii praedam geticas auertere fauces.
An ego terrigenas potius mirabor in ipsis
Procubuisse satis: uitae quibus attulit idem
Principium: finemque dies quam caesa getarum
Agmina: quos tantis aluit bellona trophaeis:
Totaque sub galeis mauortia canuit aetas.
Per te namque unum mediis exuta tenebris
Imperio sua forma redit: claustrisque soluta
Tristibus exangues audent procedere leges.
Iamque potestates priscus discriminat ordo
Iustitiae: quas ante pares effecerat una
Nube timor. tua nos urgenti dextera lato
Eripuit: tecumque suis redduntur & agris
Damnati fato populi: uirtute renati.
Iam non in pecorum morem formidine clausi
Prospicimus fauos campis ardentibus ignes.
Alta nec incertis metimur flumina uotis
Excidio latura moram. non poscimus amnes
Vndosam seruare fidem: nubesque fugaces:
Aut coniuratum querimus splendore serenum:
Ipsa quoque interius furiis exercita plebis
Securas iam roma leuat tranquillior arces.
Surge precor ueneranda parens & certa secūdis
Fide deis: humilemque metum deponere senectae

Vrbs æquæua polo: tum demū ferrea summet
Ius in telacheſis: quum ſic mutauerat axem
Fœderibus natura nouis: ut flumine uerſo
Irriget ægyptum tanais. mœotida nilus:
Eurus ab occaſu: zephyrus ſe promat ab indiſ:
Caucaſeiſq; iugis: calido nigratibus auſtro:
Getulas aquilo glacie couſtringat harenas.
Fatales hucuſq; manus: crebriſq; notatæ
Prodigiiſ abiere mina: nec ſidera pacem
Semper habet: ipſumq; iouem turbate typhœo:
Si phas eſt: timuiſſe ferunt: quum brachia centū
Montibus armaret totidem: ſpirasq; retorquens
Lamberet attonitas erectis anguib; arcuſ.
Quid mirum ſi regna labor mortalia uexat?
Quum gemini fratres: genuit quos aſper aloet
Matrem ſubdiderint uinctis: & in aſtra negatas
Tentarunt munire uias: ſteteritq; reuulſis
Pene tribus ſcopulis caeſti machina bello.
Sed caret euentu nimius furor improba nunq;
Spes latata diu: nec peruenere iuuenta
Robur aloida: dum uellere pelion otryſ
Nititur: occubuit phœbo: morienſq; ephialtes
In latus obliquam proiecit languidus oſſam.
Aſpice q̄ rarum referens inglorius agmen
Aſpice roma tuum iam uertice celiſior hoſtem
Italia detruſus eat: quantumq; priori
Diſſimilis: qui cuncta ſibi ceſſura ruenti
Pollicitus patrii numen iurauerat iſtri
Non niſi calcatis loricam ponere roſtris:
O rerum fatiq; uices: qui fœda parabat
Romanas ad ſupra nurus. ſua pignora uidit
Coniugibus permixta trahi: qui mente pfunda
Hauſerat urbis opes: ultro uictoribus ipſe
Præda fuit: noſtri quondam qui militis auro
Aggreſſus tentare fidem: deſertus ab omni
Gente ſua: manibuſq; redit trūcatus: & armis.
Hoc quoq; quod ueniam leti ualuere mereri:

Si positis pendas odiis: ignoscere pulchrum
Iam misero: poenaque genus uidisse precantem.
Quæ uindicta prior: quam quæ formido supbos
Flectit: & assuetum spoliis affligit egestas:
Sed magis ex aliis fluxit clementia causis:
Consultur dum roma tibi: tua cura coegit
Inclusis aperire fugam: ne peior in arcto
Sæuiret rabies uenturae nuncia mortis
Nec tanti nomen: stirpemque abolere getarum:
Ut propius peterere fuit. procul arceat altus
Iuppiter ut delubra numæ: sedemque quirini
Barbaries oculis saltem tenerare prohanis
Possit: & arcanum tanti deprehendere regni:
Quam si ueterum certamina rite recordor
Tunc etiam pulchra quum libertate uigerent
Et proprio late florerent milite patres
Semper ab his famæ petiere insignia bellis
Quæ diuersa procul tuto trans æquora uires
Excere dabant currus: regumque catena
Inter abundantis fati ludibria ductæ
At uero italiam quotiens circūstet atrox
Tempestas: ipsumque caput læsura pependit
Non illis uani ratio uentosa fauoris:
Sed grauitèr spectata salus: ductorque placebat:
Non qui præcipiti traheret semel omnia casu
Sed qui maturo uel læta: uel aspera rerum
Consilio momenta regens: nec tristibus impar:
Nec pro successu nimius: spaciumque morandis
Vincendi: modus mutatis nosset habenis
Cautius ingentes morbos: & proxima cordi
Vlcera: poenæ tractat solertia curæ:
Parcendoque secat: ferro ne largius acto
In reuocandus eat sectis uitalibus error
Sublimi certe curium canit ore uetustas:
Acaciden italo pepulit qui littore pyrrhum
Nec magis insignis marii: paulique triumphus:
Qui captos niueis reges ægere quadrigis:

Plus fuga laudatur pyrrhi: quā uincta Iugurthæ:
Et quanuis gemina fessū iam clade fugarit
Post decii lituos & nulli peruia culpæ
Pectora fabricii: donis inuicta: uel armis
Plena datur curio pulsi uictoria pyrrhi.
Quanto maius opus solo stilicone peractum
Cernimus: hic ualidam gentē: quam dura nitosis
Educat ursa plagis. non chaonas: atq; molossos:
Quos epirus alit: nec dodonæa subægit
Agmina: fatidicam frustra lactantia quercum.
Primus fulmineum. lento luctamine pœnum
Compressit fabius: campo post ausus aperto
Marcellus uinci docuit. sed tertia uirtus
Scipiadae latius tandem deterruit oris
Vnus in hoc stilico diuersis artibus hoste
Tres potuit complere duces: fregitq; furentem
Cūctando: uicintq; manu: uictumq; relegat.
Atq; hic tanta breui miscentem incendia Pyrrhū
Sustinuit toto mœrens œnotria iustro
Et prope ter senas Itali per graminis herbas
Massilus pœno sonipes uastante cucurit;
Hānibalemq; senem uix ad sua reppulit arua:
Vindex sera patrū post bellum nata iuuentus:
Hic celer effecit bruma ne longior una
Effet hyemis: rerum primis sed messibus æstas
Temperiem cælo pariter belloq; resferret.
Sed quid ego Hānibalem circa Pyrrhūq; tot ānis
Certatū memorem? uilis quū sparthacus omne
Perlatus italiæ ferro bacchatus: & igni
Consulibusq; palam totiens congressus inertes
Exuerit castris dominos: & strage pudenda
Fuderit imbelles aquilas seruilibus armis
Nos terrorum expers: & luxu mollior ætas
Deficimus queruli: si bos adductus aratro.
Si libata seges: non hanc ergastula nobis
Immisere manum: nec coniurantis harenæ
Turba fuit: Qualem stilico deiecerit hostem

Thraces & hamonii poterūt mœssiq; fateri
Frigida terdecies nudatum frondibus hæc mun-
Tendit hyems uestire gelu: totiensq; solutis
Ver niuib; uiridem monti reparauit amictū:
Ex quoniam patrios gens hæc oblita triones:
Atque istrum transuecta semel uestigia fixit
Threicio funesta solo: seu fata uocabant:
Seu grauis ira deum seriem meditata ruinis:
Ex illo quoscunq; uagos impexit erynnis
Grandinis: aut morbi ritu per deuia rerum
Præcipites per claustra ruunt: nec cōtigit ullis
Amnibus: aut scopulis pprias defendere terras
Nil rhodope: nil uastus athos: nil p̄suit hamus
Otrisiis: facili cōtenmunt strimona saltu
Et frustra rapidum damnāt aliagmona beffi
Nubibus intactam macedo miratur olympum
More pererratum cāpi: gemit irrita tempe
Thessalus: & domitis irrisam cotibus octam
Sperchiusq; & uirginibus dilectus enypheus
Barbaricas lauare comas: non obice pindi
Seruati driopes: nec nubifer actia textit
Littora leucates: ipsæ quæ durius olim
Restiterant mœdis: primo conamine ruptæ
Thermopylæ: uallata maris scyronia ripis.
Et duo continuo cōnectens æquora muro
Isthmos: & angustī patuerūt claustra lycæi:
Nec tibi parrhasios licuit munire colonos
Frondosus erymanthe iugis: equitataq; summi
Culmina taygeti trepidæ uidistis amyclæ.
Tandem suplicium cunctis pro montibus alpes
Exegere getis. tot tandem flumina uictor
Vindicat eridanus. docuit nunc exitus alte
Fatorum secreta tegi. Quisquam ne reclusis
Alpibus ulterius latii fore credidit umbram
Nonne uelut capta rumor miserabilis urbe
Trans fretta: trans gallos pyreneumq; cucurrit.
Famaq; nigrantes succincta pauoribus alas

Secum cuncta trahens: a gadibus usq; britannum
Terruit oceanum: & nostro pcul axe remotam
Insolite belli tremefecit murmure thulen.
Mandemus ne noti flabris: quocunq; timores
Pertulimus: festæ doleant ne tristibus aures:
An potius meminisse iuvat? semperq; uicissim
Gaudia præmissi cumulant: inopina dolores.
Vtq; sub occidua iactatis pleiade nautis
Commendat placidum maris inclementia portū.
Sic mihi tunc maior stilico: quum læta periclis
Metior: atq; illi redeunt in corda tumultus.
Nonne uidebantur quauis adamante rigentes
Turribus inualidis fragiles procumbere muri?
Ferratæq; getis ultro se pandere portæ?
Nec uallum: densæq; sudes arcere uolantes
Cornipedum saltus: iam iā conscendere puppes
Sardonios habitare sinus: & inhospita cypri
Saxa parant: uitamq; freto spumante tueri.
Ipsa etiam diffusa breui trinacria ponto:
Si rerum natura sinat: discedere longe
Optat: & ionium refugo laxare peloro:
Fultaq; despiciens auro laquearia diues
Tutior æoliis mallet uixisse cauernis.
Iamq; oneri creduntur opes: tandemq; libido
Hæsit auaritiæ grauioribus obruta curis:
Vtq; est ingenioq; loquax: & plurima fingi
Permittens: crediq; timor: tunc somnia uulgo
Narrari: tunc monstra deum monitusq; sinistri
Quid meditetur aues: quid cū mortalibus æther
Fulmineo uelit igne loqui: quid carmine poscat
Fatidico: custos romani carbasus æui
Territat assiduus lunæ labor: atraq; phœbe
Noctibus horrifonas crebris ululata per urbes
Nec credunt uetito fraudatam sole sororem
Telluris subeunte globo: sed castra sequutas
Barbara: thessalidas patriis lunare uenenis
In cefitare iubar. tunc anni signa prioris:

Et si quod fortasse quies neglexerat omen:
Addit cura nouis: lapidosos gradinis ictus:
Molitasque examen apes: passimque crematas
Perbacchata domos nullis incendia caufis.
Et nunquam caelo spectatum impune cometen:
Qui primum roseo phœbi prolatus ab ortu
Qua micat astringera senior cum coniuge cepheus
Inde lycaonia paulatim expulsus ab arcto
Crine uago getici fœdauit sidera plaustri:
Donec in exiguum moriens transiret ignem.
Sed grauius mentes cæcorum ostensa luporum
Horrificant duo quippe lupi sub principis ora:
Dum campis exercet equos: uiolenter adorti
Agmen: & excepti telis immane relatu
Prodigium: miramque notam duxere futuri.
Nā simul humano geminas de corpore palmas
Vtraque perfossis emisit bellua costis
Illo leua tremens: hoc dextera uentre latebant:
Intentis ambæ digitis: & sanguine uino
Scrutari si uera uelis: fera nuncia martis
Ore sub augusti casurum prodidit hostem:
Vtque manus utero uirides patuere resecto
Romula post ruptas uirtus sic emicat alpes:
Sed malus interpret rerum metus omne trahebat
Augurium peiore uia: truncataque membra
Nutricemque lupam romæ: regnoque minari
Et repetunt annos: intreceptoque uolatu
Vulturis: incidunt properatis sæcula metis.
Solutus erat filico: qui desperantibus augur
Sponderet meliore manu: dubiaque salutis
Dux idem: uatesque fuit. durate parumper
Inquit: & excussis muliebribus ore querelis
Fatorum toleremus onus. nil nautica profunt
Turbatæ lamenta rati: nec segnibus undæ
Planctibus: aut uanis mitescunt flamina uotis.
Nunc instare manu: toto nunc robore niti
Communi pro luce decet succurrere: uelis

Exhaurire fretum: uarios aptare tudentes
Omnibus: & docti iussis parere magistri
Non si perfidia nacti penetrabile tempus
Irrumpere getæ: nostras dum rhetia uires
Occupat: atq; alio desudant Marte cohortes.
Iccirco spes omnis abit: mirabile posset
Esse mihi: si fraude noua: uel calle reperto
Barbarus ignotas inuaderet inscius alpes.
Nunc uero geminis clades repetita tyrannis
Famosum uulgauit iter: nec nota fefellit
Semita præstructum bellis ciuilibus hostem
Per solitas uenere uias: adsit usq; sequendos
Barbarico romana dedit discordia bello.
Sed nec præteritis hæc res incognita sæclis.
Sæpe laceffitam: sed non ipune fatemur
Ausoniam. hæc senonum restixit sanguine flamas.
Hæc & theutonico quodam patefacta furori
Colla catenati uidit iqualentia cimbri
Vile decus: quod non erexit præuius horror.
Ingentes geminant discrimina magna triumphos.
Quid turpes iam mente fugas? iam gallica rura
Respicitis: latiusq; libet post terga relicto
Longiquum pfugis ararim præcigere castris.
Scilicet arctoïis concessa gentibus urbe
Considet regnum rodano: capitiq; superstes
Truncus erit uestros stimulat si pignora sensus.
Me quoq; non impar naturæ cura remordet.
Nec ferro sic corda rigent: aut nosse recusant.
Quam sanctum socii nomen: q̃ dulce mariti.
Quantus proles amor: sed nunq̃ oblita decoris
Obscœnam latebram pietas ignaua reqret:
Nec uobis fortis monitor: mihi cautior uni:
Hic coniunx: hic progenies: hic charior omni
Luce gener: pars nulla mei subducta procellæ
Accipe tu nostræ tellus oenotria mentis
Pignora communes tecum subeuntia casus.
Exiguamq; moram muris impende tuendis:

Dum redeo. lectum referens in classica robur.
His dictis pauidi firmavit inertia uulgi
Pectora migrantisq; fugam compescuit aulæ:
Ausq; tunc primis tenebris emergere pulsas
Hesperia: ut secum iunxisse pericula uidit
Augustum: tantoq; sui stetit obside fati.
Protinus umbrosa uestit qua litus oliua
Larius: & dulci mentitur nereia fluctu
Parua puppe lacum præteruolat ocus. inde
Scandit inaccessos brumali sidere montes.
Nil hyemis: cæliq; memor. Sic ille relinquens
Ieiunos antro catulos immanior exit
Hyberna sub nocte leo: tacitusq; per altas
Incedit furiale niues. stant colla pruinis
Aspera: flauentes astringit stiria setas.
Nec meminit leti: nimbo sue aut frigora curate
Dum natis alimenta paret. sublimis in arcton
Prominet hercinæ confinis rhetia sylux.
Quæ se danubii iactat: rheniq; parentem:
Vtraq; romuleo prætendens flumina regno.
Primo fonte breues: alto mox gurgite regnante
Et fluuios cogunt unda coeunte minores
In nomen transire suum: te cymbrica tethys
Diuisum bifido consumit Rhene meatu.
Thracia quinq; uadis istrû uorat amphitrite
Ambo habiles remis: ambo glacialia secti
Terga rotis: ambo boreæ martiq; sodales
Sed latus hesperia: quo rhetia iungitur oræ:
Præruptis ferit astra iugis: panditq; tremendæ
Vir æstate uiam: multi seu gorgone uisa
Obriguere gelu: multos hausere profundæ
Vasta mole niues: cûq; ipsis sæpe iuuençis
Naufraga cādenti mergūtur plaustra baratro.
Interdum subitam glacie labente ruinam
Mons dedit: & trepidis fundamina subruit æstris
Pendenti male fida solo uer talia tendit

Frigoribus mediis stilico loca. nulla lyæi
Pocula. rara ceres: raptos contentus in armis
Delibasse cibos: madidoq; oneratus amictu
Algentem pulsabat equum: nec mollia fesso
Strata dedere torum: tenebris si cæca repressit
Nox iter: aut spelea subit metuenda ferarum:
Aut pastoralis iacuit sub culmine fultus
Cervicem clipeo: stat pallidus hospite magno
Pastor: & ignoto præclarum nomine nultum
Rustica sordenti genitrix ostendit alumno.
Illa sub horrendis prædura cubilia sylvis
Illis sub niuib; somni: curæq; laborq;
Peruigil hanc requiem terris: hæc oia rebus
Insperata dabant: illæ tibi roma salutem
Alpinæ peperere casæ: iam fœdera gentes
Exuerant: latiq; audita clade feroces
Vindelicos saltus: & norica rura tenebant:
Ac ueluti famuli: mendax quos mortis herilis
Nuncius in luxum falso rumore resoluit:
Dum marcent epulis: atq; inter uina chorosq;
Persultat uacuis effrena licentia testis:
Si reducem dominum fors improvisa reuexit:
Hærent attoniti: libertatemq; perosus
Conscia seruilis præcordia concutit horror.
Sic ducis aspectu cuncti stupere rebelles:
Inque uno princeps latiumq; & tota refulsit
Roma uiro frons læta parum: non tristior æquo:
Non deiecta malis: mixta sed nobilis ira.
Qualis in herculeo quotiens infanda iubebat
Euristeus fuit ore dolor: uel qualis in atram
Sollicitus nubem mœsto ioue cingitur æther.
Tanta ne uos inquit getici fiducia belli
Erigit? hinc animo frustra tumuistis inani:
Non ita romanum fati uiolentia nomen
Opprimat ut uestros nequeant punire tumultus
Parte sui: neu uos lōge sermone petito

Demorer exemplum ueteris cognoscite fati:
Quū ferus ausonias perfringeret hānibal arces.
Et trebiam sauo geminassent funere cannæ.
Nec quicq̃ emathium pepulit spes uana Philippū:
Vt uelut afflictos ferro tentaret inertī.
Romanos commouit atrox iniuria patres.
Urgerent maiora licet: grauiusq̃ tulere
Vrbibus inter se clavis de culmine rerum
Cogressis: aliquid gentes audere minores.
Nec poenam differre placet: sed bella gerenti
Panica leuino: regis quoq̃ praelia mandant.
Paruit imperiis consul: fufusq̃ philippus.
Vilia dum grauibz populis interferit arma.
Pretereunte manu: didicit non esse potentum
Tentandas: mediis quāuis in luctibus: iras.
Hoc monitu pariter nascentia bella repressit:
Et bello quæsiuit opes: legitq̃ precantes
Auxilio mensus numerum qui congruus esset:
Nec grauis italiæ: formidandusue regi.
Nec minus accepto nostræ rumore cohortes:
(Sic ducis urget amor) pperantibus undiq̃ signis
Conueniunt: uisq̃ animi stilicone recepti
Singultus uarios: lachrymosaq̃ gaudia miscent.
Sic armenta bouum: uastis quæ turbida syluis
Spargit hyems: cantus & sibila nota magistrī
Certatim repetunt: uel notæ pascua uallis:
Inq̃ uicem se uoce regunt: gaudentq̃ fideles!
Reddere mugitus: & qua sonus attigit aurem:
Rara per obscuras apparent cornua frondes.
Accurrit uicina manus: quam rhetia nuper
Vindaliciis auctam spoliis defensa probauit.
Venit & extremis legio prætentā britannis:
Quæ scoto dat frena truci: ferroq̃ notatas
Perlegit exanimes picto moriente figuras:
Agmina quinetiam flauis obiecta sicambris.
Quæq̃ domant scinthis: ināsuerosq̃ cherucas:
Huc omnes uertere minas: tutumq̃ remotis

Excubiis rhenum solo terrore relinquunt!
Villane posteritas credet? germania quondam
Illa ferox: populisq; uix instantibus olim
Principibus: tota poterit cum mole teneri.
Iam sese placidam præbet stiliconis habenis.
Ut nec præfidiis nudato limite tentet
Expositum calcare solum: nec transeat amnem
Incustoditam metuens attingere ripam.
Celsior o cunctis: uniq; æquande camillo:
Vestris namq; armis alarici fracta quieuit
Ac brenni rabies: confusis rebus uterq;
Diuinam tribuistis opem: sed tardior ille
Iam captæ uindex patriæ: tu sospitis ultor.
O quatum mutata tuo fortuna regressus:
Ut sese pariter diffudit in omnia regni
Membra uigor: uiuusq; redit calor urbibus agris
Creditor herculeis lucem renouasse lacertis
Fœmina dilecti fatis impensa mariti:
Ut iuuenem spretæ laniatum fraude nouerca:
Non sine circeis latonia reddidit herbis
Cretaq;: si uera narratur fabula: uidit
Minoum rupto puerum prodire sepulchro:
Quem senior uates auium clangore repertum
Gramine restituit: miræ nam munere sortis
Dulcia mella necesse: uitam dedit horridus anguis.
At tuus aduentus nō unum corpus ab umbris:
Sed tot communi populos sub morte iacentes:
Totaq; tartareis e faucibus oppida traxit
Ipso roma die: nec adhuc ostēditur auctor
Personuit uenisse ducem: latiq; quirites
Vocibus auspiciū certi plausere triumphī
Muniti stilicone suo: quis gaudia uero?
Principis amplexus? alacris quis differat aula?
Pulueris ambiguam nubem speculamur ab altis
Tnribus: incerti socios apportet an hostes
Ille globus? mentem suspensa silentia librant:

Donec puluere sub turbine fideris instar
Emicuit stiliconis apex: & cognita fulsit
Canices: ganisa repens per moenia clamor
Tollitur. ipse uenit. portas secuta per omnes
Turba salutatis effunditur obuia signis.
Non iam delectus miser: nec falce per agros
Deposita: iaculum uibrans ignobile messor
Non tentat clipeum proiectis sumere rastris
Bellona ridente ceres: humilisq; nouorum
Seditio clamosa ducum: sed uera iuuentus:
Verus ductor adest: & uiuida martis imago
Prospera. sed quantum nostræ spes addita mēti:
Tantum exempta getæ: qui uertice p̄ximus astris
Post alpes iam cuncta sibi promisit apertas
Nil superesse ratus: postq̄ tot flumina pulsis:
Cinctaq; fluminibus crebris tot moenia cernit.
Tot subito pedites: equitum tot conspicit alas:
Seq̄ uelut clausum laqueis sub pectore furtim:
Aestuat: & nimium pronò feruore petita.
Iam piget italia: sperataq; roma teneri
Visa procul: magni subeunt iam tædia cœpti.
Occultat tamen ore metum. primosq; suorum
Consultare iubet bellis annisq; uerendos:
Crinigeri sedere patres: pellita getarum
Curia: quos plagis decorat numerosa cicatrix:
Et tremulos regit hasta gradus: & nititur altis
Pro baculo contis non exarmata senectus.
Hic aliquis grauior natu: cui plurima dictis:
Consiliisq; fides: defixus lumina terræ:
Cunctiensq; comā: capuloq; accliuus eburno:
Si numero non fallor ait. tricesima currit
Bruma fere: rapidum postq̄ trāsnauimus istrum.
Romanamq; manum tantis eludimus annis.
Sed nunq̄ maiors adeo cōstrinxit in arcum
Res alarice tuas: per tot certamina docto
Crede seni: qui te tenero uice patris ab auro

Gestatum parua solitus donare pharetras
Atq; aptare breues humeris puerilibus arcus.
Sape quidem frustra monui seruator ut icti
Foederis: emathia tutus tellure maneres.
Sed quoniam calidæ rapuit te flamma iuuentæ.
Nunc saltem: si cura tibi manet ulla tuorum:
His claustris euade precor: dūq; agmina longe:
Dum licet: hesperiiis præceps illabere terris.
Ne noua prædari cupiens: & parta reponas:
Pastoriq; lupus scelerum delicta priorum
Intra sceptræ luas. Quid palmitis uber hetrusci:
Quid mihi nescio quā pprio cum tybride romæ
Semper in ore geris? referūt si uera parentes.
Hanc urbem insano nullus qui Marte petiuit
Lætatus uiolasse redit: nec numina sedem
Destituunt: iactata procul: dicuntur in hostem
Fulmina: diuiniq; uolant pro mœnibus ignes
Seu cælum: seu roma tonat. si temnis olympum
A magno stilicone caue: qui semper iniquos
Fortuna famulante premit. scis ipse perosus
Arcadiæ quam densa iugis cumulauerit ossa:
Sanguine quam largo græcos calefecerit amnes:
Extinctusq; fores: ni te sub nomine legum
Proditio: regniq; fauor texisset eoi.
Talia grādæuum flammata fronte loquentem:
Obliquisq; tuens oculis: non pertulit ultra:
Sed rupit rabidas accensa superbia uoces:
Si non mentis inops: fraudataq; sensibus ætas
Præberet ueniam: nunq; hæc opprobria linguæ
Turpia danubius me sospite ferret inultus.
Anne tot augustos hebro qui teste fugauit:
Te patiar suadente fugam? quum cesserit omnis
Obsequiis natura meis: subsidere nostris
Sub pedibus montes: arescere uidimus amnes.
Non ita dii getici faciant: manesq; parentum:
Vt mea conuerso relegam uestigia cursu.

Hanc ego uel regno uictor: uel morte tenebo
Victus humū: per tot populos. urbesq; cucurri
Fregi alpes: galeisq; padum uictoribus hausi.
Quid restat nisi roma mihi? gens robore nostra
Tunc quoq; pollebat: nullisq; quū fideret armis:
At nunc illyrici postq; mihi tradita iura:
Meq; suum fecere ducem: tot tela: tot enses:
Tot galeas multo thracum sudore parauit:
Inq; meos usus uestigal uertere ferri:
Oppida legitimo iussu romana coegi.
Sic me fata fouent: ipsi quos omnibus annis
Vastabam: seruire dati: nocitura gementes
Arma dabunt: flammisq; diu molitus: & arte
In sua damna calvbs: fabro lugente rubebunt.
Hortantes his adde deos. non somnia nobis
Nec uolucres: sed palā uox reddita luco ē.
Rumpe omnis alarice moras hoc impiger anno
Alpibus italiae ruptis penetrabis ad urbem.
Huc iter usq; datur. quis iam post talia segnis
Ambigat? aut cælo dubitet parere uocanti
Sic ait: hortaturq; suos: belloq; uiacq;
Instruit: attollunt uanos oracula fastus.
O semper tacita sortes ambage malignæ
Euentuq; patens: & noxia uatibus ipsis
Veri sacra fides. ligurum regione suprema
Peruenit ad fluuium miri cognominis urbem:
Atq; illic domitus uix tandem interprete casus:
Agnouit dubiis illusa uocabula fati:
Nec non & Stilico pugna poscentia mouit
Pleno castra gradu: dictisq; instigat euntes.
Nunc nunc o socii temeratae sumite tandem
Italiae poenas: obsecsi principis armis
Excusate nefas: deploratumq; timauo
Vulnus: & alpinum gladiis abolete pudorem.
Hic est: quem totiens campis sudistis achiuis.
Quem discors: odiisq; anceps ciuilibus orbis.

Non sua uis tutata diu: dum foedera fallax
Ludit: & alternæ periuria uendicat aulæ.
Credite nunc omnes quas dira britannia gentes:
Quas isther: quas rhenus alit: pendere paratas
In speculis: uno tot prælia uincite bello.
Romanum reparate decus: molemq; labantis
Imperii fulcite humeris hic omnia campus
Vindicat: hæc mundo pacem uictoria sancit.
Non in threiciis hemi decernimus oris:
Nec super alphæas umbrantia menala ripas
Constitimus: non hic tegæam argosq; tuemur.
Visceribus mediis: ipsoq; in corde uidetis
Bella geri. patrem clipeis defendite tybrim.
Talia nunc pediti: turmæ nunc mixtus equestri
Dicta dabat. simul externis præcepta ferebat
Auxiliis. ibat patiens ditionis alanus:
Qua nostræ iussere tubæ: mortemq; petendam
Pro latio docuit gentis præclarus alanæ:
Cui natura breues animis ingentibus artus
Finxerat: immaniq; oculos infecerat ira.
Vulneribus pars nulla uacat: recisq; cunctis
Gloria foedati splendet iactantior oris.
Ille tamen mandante procul Stilicone citatis
Accelatur equis: italâq; momordit harenam
Fœlix helisusq; plagis: & carmine dignus:
Qui male suspectam nobis impensius arsit;
Vel læto purgare fidem: qui iudice ferro
Diluit immeritum laudato sanguine crimen
Morte uiri turbatus eques. flectebat habenas.
Totaq; præciso mutassent agmina cornu.
Ni celer instructa Stilico legione sequutus
Subsidiis peditum pignam instaurasset equestre:
Quis musis ipsoq; licet pœane recepto
Enarrare queat: quantum graduius in illa
Luce suæ dederit fundator originis urbi.
Altius haud unq; toto descendimus ense

In iugulum scythiæ: tanta nec clade superbum
Contudimus tanaim: uel cornua fregimus istri.
Inuisum miles sitiens haurire cruorem
Per uarias uestes: onerataq; plaustra metallo:
Transit & argenti cumulos: & cædis auarus
Contemptas proculcat opes: præciosior auro
Sanguis erat: passim neglecti prodiga lucri.
Ira furens strictis odio mucronibus explet
Purpureos cultus: assumptas igne ualentes
Exuias: miserisq; graues crateras ab argis.
Raptaq; flagranti spirantia signa corintho.
Callidus ante pedes uenientibus obicit hostis
In cassum. neq; enim feralis præda moratur:
Sed iustos præbêt stimulos monumenta doloris:
Asseritur ferro captiuum uulnus: & omnes
Diuersæ uocis populi: quos traxerat hostis
Sernitio: tandem dominorum strage redempti
Blanda cruetatis affigunt oscula dextris.
Desertosq; lares: & pignora læta reuifunt.
Mirantur sua quemq; domus: cladesq; renarrant
Ordine cognati referunt miracula belli.
Quis tibi tunc alarice dolor? quum Marte perirêt
Diuitiæ: spoliisq; diu quæsitâ suppellex:
Pulsaretq; tuas ululatus coniugis aures
Coniugis: inuidio dudum quæ freta marito
Demens ausonidum geminata monilia matrum:
Romanasq; alta famulas ceruice petebat.
Scilicet argolicas: ephyriadasq; puellas
Coep erat: & pulchras iam fastidire lacernas:
Sed dea: quæ nimis obstat rhamnusia uotis:
Ingemuit: flexitq; rotam. domat aspera uictos
Pauperies: unoq; die romana rependit:
Quicquid terdenis acies amisimus annis.
O celebranda mihi cunctis pollentia sæclis.
O meritum nomen felicibus apta triumphis:
Virtutis fatale solum: memorabile bustum
Barbariæ: nam sæpe locis: ac finibus illis

Plena laceffito rediit uindicta quirino
Illic oceani flagnis excita supremis
Cymbrica tempeftas: aliasq; immiffa per alpes
Iifdem procubuit campis. iam protinus ætas
Adueniens geminæ gentis promifceat offa
Et duplices fignet titulos commune trophaum.
Hic cymbros: fortesq; getas ftilicone peremptos,
Et mario: claris ducibus tegit itala tellus.
Discite uefanæ romam non temnere gentes.

PANEGYRIS IN PROBVM ET PROBI
NVM ATq; OLIBRIVM FRATRES.

OL QVI FLAMMIFERIS MVN
dum complexus habenis
Voluis inexhausto redeuntia sæcula
motu:

Sparge diem meliore coma: crinemq; repexi
Blandius elato surgunt temone iugales.
Efflantes rofeum frenis fpumantibus ignem.
Iam noua germanis uestigia torqueat annus.
Consulibus lætiq; petant exordia menses.
Scis genus auchenium: nec te latuere parentes
Auniadæ: nam sæpe soles ductoribus illis
Instaurare uias: & cursibus addere nomen.
His neq; per dubium pendet fortuna pauorem:
Nec nouit mutare uices: sed fixus in omnes
Cognatos procedit honos: quemcumq; requires
Hac de stirpe uirum: certum est de consule nasci
Per fasces numerantur aui: semperq; renata
Nobilitate uirent: & prolem fata sequuntur
Continuum simili seruantia lege tenorem:
Nec quisq; procerum tentat: licet ære uetusto
Floreat: & claro cingatur roma senatu
Se iactare parem: sed prima fede relictæ
Auchenis: de iure licet certare secundo.
Haud secus ac tacitam luna regnate per arcton

Sidereæ cædunt acies: cum fratre retuso
 Aemulus aduersis flagrauerit ignibus orbis.
 Tunc iubar arcturi languet. tunc fulua leonis
 Ira perit: plaustro iam rara intermicat arctos
 Indignata tegi iam caligantibus armis
 Debilis orion dextram miratur inermē.
 Quem prius aggrediar? ueteris quis facta p̄bini
 Nesciat. aut nimias laudes ignoret olibri?
 Viuit adhuc: completq; uagis sermonibus aures.
 Gloria fusa probi. q̄ nec uentura silebunt
 Lustra: nec ignota rapiet sub nube uetustas.
 Illum fama uehit trans æquora: transq; remotas
 Thetyos ambages: atlantæosq; recessus.
 Audiit & gelido siquē mœotica pascit
 Sub ioue. uel calido siquis coniunctus in axe
 Nascentem te Nile bibit. uirtutibus ille
 Fortunam domuit: nunq; leuantibus alte
 Intumuit rebus: sed mens circumflua luxu
 Nouerat intactum uitio seruare uigorem.
 Hic non diuitias nigrantibus abdidit antris.
 Nec tenebris damnauit opes: sed largior hymbre
 Sueuerat innumeras hominum ditare cateruas.
 Quippe uelut denso currentia munera nimbo
 Cernere semper erat populis undare: penates
 Assiduos intrare inopes: remeare beatos.
 Præceps illa manus fluuios superabat iberos:
 Aurea dona uomens siquis tellure reuulsa
 Sollicitis fodiens miratur collibus aurum:
 Quantum stagna tagi rudibus stillantia uenis
 Effluxere decus? quanto preciosa metalli
 Hermi ripa micat: quantas per lydia culta
 Despumat rutilas diues pactolus arenas.
 Non mihi centenis pateant si uocibus ora
 Multifidusq; ruat centum per pectora phœbus
 Acta probi narrare queam: quot in ordine gētes
 Rexerit: ad summi quotiens fastigia iuris
 Venerit. italiæ latæ cum frena teneret:

Fumina in q̄b: Sol
 Metallū
 Aurū
 Argentū

Illyricosq; sinus: & quos arat africa campos.
Et nati uicere patrem: soli q; merentur
Victores audire probi: non contigit illi
Talis honor: prima cum parte uiresceret æui.
Non consul cum fratre fuit. Vos nulla fatigat
Cura diu maiora petens: non anxia mentem
Spes agit: & longo tendit præcordia uoto.
Cæpistis: quo finis erat. primordia uestra
Vix pauci meruere senes: metasq; tenetis
Ante genas dulces q̄ flos iuuenilis inumbret:
Oraq; ridenti lanugine uestiat ætas.
Tu præcor ignarum doceas parnasia uatem.
Quis deus ambobus tanti sit muneris auctor.
Post q̄ fulmineis impellens uiribus hostem
Belliger augustus trepidas laxauerat alpes.
Roma probo cupiens dignas persoluere grates
Sedula pro natis dominum flexura rogando
Ire parat. famuli currum iunxere uolantem.
Impetus: horribilisq; metus: qui semper agentes
Prælia cum fremitu romam comitantur hanelos:
Siue petat parthos: seu cuspide turbet hidaspem.
Hic ligat axe rotas: hic sub iuga ferrea nescit
Cornipedes: rigidisq; docet seruire lupatis.
Ipsa triumphatum qua possidet æthera regnis
Assilit innuptæ ritus imitata minervæ
Namq; cæsariem crinali stringere cultu.
Colla nec ornatu patitur mollire retorto
Dextrum nuda latus. niueos exerta lacertos.
Audacem reteggit māmam: laxumq; cohercens
Mordet gēma sinum. nodus qui subleuat ensē
Album puniceo pectus discriminat ostro.
Miscetur decori uirtus. pulcherq; seuerō
Armatum terrore pudor. galeæq; minaci
Flaua cruentarum prætenditur umbra iubarum.
Et formidato clipeus titana laceffit
Lumine: quem tota uariarat mulciber arte.

Hic patriis mauortis amor: fœtusq; notatur
Romulei: post amnis inest: & bellua nutrix.
Electro tyberis: pueri formantur in auro.
Tingunt æra lupam. mauors adamante coruscat.
Iam simul emissis rapido uelocior euro
Fertur equis. stridunt zephyri cursuq; rotarum
Saucia diuiduis clarescunt nubila sulcis.
Nec traxere moras. sed lapsu protinus uno
Quē poscunt tetigere locum. quem sine sub uno
Angustare aditum curuis anfractibus alpes.
Claustraq; cōgestis scopulis durissima tendunt.
Non alia referanda manu: sed peruia tantum
A uugusto geminisq; fidem mentita tyrannis.
Semirutæ turres: auulsaq; mœnia fumant.
Crescunt in cumulum strages: uallēq; pfundam
Aequauere iugis: stagnant immensa cruore
Corpora. trudentur permixto funere manes.
Haud procul exacto latus certamine uictor
Cespite gramineo confederat: arbore fultus
Accliues humeros: dominum gauisa coronat
Terra suum. surguntq; toris maioribus herbæ.
Sudor adhuc per mēbra calet. crebriq; recurrit
Halitus: & placidi radiant in casside uultus.
Qualis lætifera populatus cæde gelonos
Procupat horrendus getico gradiuus in aruo:
Exuias belona letiat. bellisq; tepentes
Pulvere soluit equos. immensaq; cornus in hastā
Porrigitar: tremulisq; ferit splēdoribus hebrum.
Vt stetit ante ducem discussas roma per auras
Conscia tunc sonuit rupes: & inhorruit atrum
Maestate nemus. prior hic o numen amicum
Dux ait: & legum genitrix: longeq; regendo
Circumfusa polo. consors addita tonanti
Dic age dum quæ causa uiæ? cur deseris arces
Ausonias? cælumq; tuum? dic maxima rerum.
Non ego uel libycos cessem tolerare labores

Sarmaticosue pati medio sub frigore choros:
Si tu roma uelis: pro te quascunq; per oras
Ibimus: & nulla sub tempestate timentes
Solstitio meroen. bruma tentabimus istrum.
Tum regina refert: non me latet inclyte rector
Quod tua pro latio nistricia castra laborent.
Nec quod seruitum rursus furiaq; rebelles:
Edomitæ paribus sub te cecidere triumphis
Sed precor hoc donum cum libertate recenti
Adicias: si uera manet reuerentia nostri.
Sunt mihi pubentes alto de semine fratres
Pignora chara probi: festa quos luce creatos
Ipsa meo foui gremio. cunabula paruis
Ipsa dedi: cum matris onus lucina beatum
Solueret: & magnos præferrent sidera partus.
His ego nō decios pulchros: fortesue metellos
Prætulerim: non qui pœnum domuere ferocem
Scipiadas. gallisq; genus fatale Camillos
Pieriis pollent studiis. multoq; redundant
Eloquio. nec desidiis dapibusue paratis
Indulgere iuuat: nec tanta licentia uitæ
Arripit: aut mores ætas lasciuia relaxat
Sed grauibus curis animum sortita senilem
Ignea longæuo frenatur corde iuuentus.
Illis quam propriam ducunt ab origine sortem
Oramus præbere uelis: anniq; futurum
Deuoueas uenientis iter: non improba posco.
Non insuetā dabis. domus hæc de more requirit.
Annue. sic uobis sithicus famuletur araxes.
Sic rhenus per utrumq; latus medisq; subactis.
Nostra semyramiæ timeant insignia turres.
Sic fluat attonitus romana per oppida ganges.
Ductor adhæc. optata iubes ultroq; uolentem
Diua rogas. non hic precibus tentanda fuissent.
Vsq; adeo ne meam condunt obliuia mentem?
Vt pigeat meminisse probi? quo iudice totam

Vidimus hesperiam. fessasq; resurgere gentes
Ante dabunt hyemes nilum: per flumina damæ
Errabunt glacieq; niger damnabitur indus.
Ante thyestais iterum conterrita mensis
Intercisa dies refugos uertetur in ortus.
Quam probus a nostro possit discendere sensu.
Dixerat. & uelox iam nuncius aduolat urbem
Extemplo strepuere chori. collesq; canoris
Pulsibus impulsu septena uoce resultât.
Lætatur ueneranda parens: & police docto
Iam parat auratus trabeas currusq; micantes
Stamine: q; molli tudent de stipite seres
Frondea lanigeræ carpentes uellera syluæ.
Et longum tenues tractus producit in aurum.
Filaq; concreto cogit squallere metallo.
Qualis purpureas prebebat candida uestes
Numinibus latona suis: cum sacra redirent
Ad loca nutricis. iam non errantia deli.
Illa feros saltus & desolata relinquens
Menala lassato cretam uenatibus arcu?
Phoebus adhuc nigris rotantia tela uenenis
Extincto pythone ferens. tunc insula notes
Lambit amica pedes. ridetq; ægeus alumnis
Lenior: & blando testatur gaudia fluctu.
Sic proba præcipuo natos exornat amictu:
Quæ decorat mundum. cuius romana potestas
Foetibus augetur. credas ex æthere lapsam
Stare pudiciam: uel sacro thure uocatam
Iunonem Inachiis oculos aduertere templis.
Talem nulla refert antiquis pagina libris.
Nec latine cecinere tubæ nec græca uetustas.
Coniuge digna probo nam tantum coetibus extas
Foemineis: quantum supereminet ille maritos.
Vt sceptrum gessere manu: membrisq; rigentes
Aptauere togas. signum dat summus hiulca
Nube pater: gratamq; facem per inane rotantes

Prospera uibrati: tenuerunt omina nimbi
Accepit sonitus curuis tribunus in antris
Ima ualle sedens arrectis auribus hæsit.
Vnde repentinus populi fragor? illicet herbis
Pallentes thalamos: & fructa cubilia misco
Deferit. ac nymphis dominā cōmendat herilem.
Illi glauca nitent hirsuto lumina uultu
Ceruleis resecta notis redētia patrem
Oceanum: crispo densantur gramine colla.
Vertice luxuriat toto crinalis harundo.
Quam neq; fas zephyris frangi: nec sole perussam
Aestiuo candore mori: sed uiuida frondet
Aequæuum complexa caput. taurina leuantur
Cornua temporibus raucos sudantia riuos.
Disillant per pectus aquæ. frons hispida manat
Imbribus: in liquidos fontes se barba recepit.
Palla graues humeros uelat: quam neuerat uxor
Illi percurrrens uitreas sub gurgite telas
Est in romuleo procumbens insula tybri
Qua medius geminas interfuit aluenis urbes
Discretas subeunte freto: pariterq; minantes.
Ardua turrigeræ surgunt in culmina ripæ.
Hic stetit: & subitum p̄spexit ab aggere uotū.
Vnanimis fratres. iuncto stipante senatu
Ire forum: strictasq; procul radiare secures.
Atq; uno biuges tolli de limine fasces:
Obstupuit uisu: suspensaq; gaudia uocem
Oppressam tenuere diu. mox inchoat ore.
Respice si tales iactas aluisse fluentes
Eurota: sparteue tuis quid protulit æquum
Falsus olor: ualido quanuis decernere cestu
Norint: & ratibus sæuas arcere procellas.
En noua ledæis soboles fulgentior astris.
Ecce mei ciues: quorum iam signifer optat
Aduentum: steliq; parat conuexa futuris.
Iam per noctiuagos dominetur olibrius axes

Pro polluce rubens. pro castore flamma probini.
Ipsi uela regent. ipsis dominantibus auras
Nauita tranquillo moderabitur æquore pinum.
Nunc patrias libare deis. nunc soluere multo
Nectare corda libet. niueos iam pandite cœtus
Naiades & totum uiolis prætexite fontem.
Mella ferant syluæ. iam profluat ebrius amnis.
Mutatis in uinia uadis: iam sponte per agros
Sudent irriguæ. spirantia balsama uenæ
Currat qui sociæ roget in cōuiuia mensæ
Indigenas fluuios. italis quicunq; suberrant
Montibus: alpinaq; bibunt de more pruinas.
Vulturūq; rapax: & Nar uitiat odor
Sulfure: tardatusq; suis erroribus usens.
Et phaethontææ perpeffus damna ruinæ
Eridanus. flauæq; tenens querceta mariscæ
Lyris: & oebaliæ qui reparat arua galesus.
Semper honoratus nostris celebrabitur undis
Iste dies: semper dapibus recoletur opimis.
Sic ait. & nymphæ patris præcepta secutæ
Testa parant epulis. ostroq; refecta corusco
Humida gemmiferis illuxit regia mensis.
O bene signatum fraterno nomine tempus.
O consanguineis felix: auctoribus annus
Incipe quadrifidum phœbi torquere laborem
Prima tibi procedit hyems non frigore torpens:
Non canas uestita niues: non aspera uentis
Sed repido calefacta noto: uer inde serenum
Protinus: & liquidi clementior aura fauoni
Pratis te croceis pingat: te messibus æstas
Induat: autumnusq; madentibus imbuat uuis:
Omni nobilior lustro tibi gloria soli
Contigit: exactum nunq; memorata per æuum
Germanos habuisse duces. te cuncta loquetur
Tellus. te uariis scribent in floribus oræ.
Longaq; perpetui ducent in sæcula fasti.

FINIS.

CL. CLAVDIANI EPISTOLA ad Hadrianum

u SQ VE ADEO NE TVAE PRODV
CITVR impetus iræ?
NVLLVS ERIT FINIS LACHrimis?
subitisq; fauorem

Permutas odiis: quæ mens ignara nocendi?
Quo sensus abiere pii? tantum ne licebit
Inuidia? tantum strepitus ualere maligni?
Me dolor incautus. me lubrica duxerit ætas:
Me timor impulerit. me deuius egerit ardor.
Te tamen haud decuit paribus concurrere telis
Humanæ supos nūquam tetigere querelæ.
Nec uaga securum penetrant conuicia cælum.
Excessit iā poena modū. concede iacenti.
En assum: & ueniam confessus crimina posco.
Manibus hectoris atrox ignouit achilles.
Vltrices furias matris placauit orestes.
Reddidit alcides priamo quas cæperat arces.
Pelleum iuuenem regum flexere ruinae.
Darium famulis manibus doluisse peremptum
Fertur. & ingenti solatus fata sepulcro
Tradita captiuo spaciosior india poro.
Conditor hic patriæ sic hostibus ille pepercit.
Hunc uirtus tua digna sequi. quæcunq; deorum
Lesimus. insultet iugulo pascatq; furorem.
Gratia defluxit. sequitur feralis egestas.
Desolata domus charis spoliatur amicis
Hunc tormēta necant. hic undiq; truditur exul
Quid superest dānis? quæ sæua pericula restant?
Emollit rabiem prædæ mortisq; facultas
Prætereunt subiecta feræ. toruiq; leones
Quæ strauisse ualent ea mox prostrata relinquūt.
Nec nisi bellantis gaudent ceruice iuueni.
Nobiliore fame secuit nascentia uota
Liuor & ingesto turbauit gaudia luctu.

Iam iam suppliciis fessos humilesq; serenus
Despice: quid tanta dignaris morte clientem?
In breuibus nunq̃a sese probat Aeolus undis:
Nec capit angustus boreæ certamina collis.
Alpes ille quatit: rhodopeaq; culmina quat.
Incubuit nunquã celestis flâma salictis:
Nec parui frutices iram meruere tonantis:
Ingentes quercus annosas fulminat ornos.
Hoc pro supplicibus ramis pro fronde mineruæ.
Hoc carmen pro thure damus. miserere tuorum.
Me p̃cor heu me redde mihi. grauibusq; medere
Vulneribus. uitamq; iube famamq; reuerti
Quæ per te cecidit: per te fortuna resurgat.
Sanus achilleis remeauit thelephus herbis.
Cuius pertulerat uires: & sensit in imo
Letalem: placidamq; manum. medicina per hoste
Contigit: & pepulit quos fecerat ipse dolores.
Quod si nec precibus: fletu nec frangeris ullo:
Eripe calcatis non prospera cingula musis
Eripe militiam comitem me pelle sodali
Scilicet insignes de paupere uate triumphos.
Scilicet egregiis ornabere uictor opimis.
Sæuiat in miseros cognata potentia ciues:
Audiat hæc comune solum: longisq; carinis
Nota pharos. flentemq; attollens gurgite uultum
Nostra gemat nilus numerosis funera ripis.

DE Senatore Veronensi.

f Elix qui propriis æuū transigit i aruis
Ipsa domus puerum quẽ uidet ipsa senem.
Qui baculo nitens: in qua reptauit harena
Vnius numerat sæcula longa casæ.
Illum non uario traxit fortuna tumultu.
Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.
Non freta mercator: timuit: non classica miles:
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum: uicinæ nescius urbis
Aspectu fruitur liberiore poli:

Frugibus a lternis nō consule computat annum.
Autumnū pomis: uer sibi flore notat.
Idem condit ager soles. idemq; reducit.
Metiturq; suo rusticus orbe diem.
Ingentem metunt paruo qui gramine quercum.
Aequūūq; uidet consenuisse nemus.
Proxima cui nigris uerona remotior indis.
Benacūq; putat: littora rubra lacum.
Sed tamen indomitæ uires firmisq; lacertis:
Aetas robustum tertia cernit auum.
Erret ut extremos alter scrutetur hiberos
Plus habet hic uitæ. plus habet ille uiæ.

DE Fœnice.

o Ceani summo circonfusus æquore lucus
Trans idos currūq; uiret qui primus anhelis
Solicatur equis? uicinaq; uerbera sentit?
Humida roranti resonant cum liminaa curru.
Vnde rubet uentura dies. longeq; coruscis
Nox afflata rotis refugo pallescit amictu.
Hæc fortunatus nimium titanius ales
Regna colit. solusq; plaga defensus iniqua
Possidet intactas ægris animalibus oras.
Sæua nec humani patitur contagia mundi.
Par. uolucer superis. stellas qui uiuidus æquat
Durando. membrisq; terit redeuntibus æuum.
Non epulis saturare famem. non fontibus ullis
Assuetus prohibere sitim. sed purior illum
Solis feruor alit. uentosaq; pabula libat
Thetios. in oculi carpens alimenta uaporis.
Arcanum radiant oculi iubar. igneus ora
Cingit honos. rutilo cognatum uertice fidus
Attollit cristatus apex: tenebrasq; serena
Luce secat. tyrio pinguntur crura ueneno.
Ante uolat zephyrum pennæ. quas cerulus abit
Flore color. sparsosq; simul ditescit in auro.
Hic neq; concepto foetu: nec semine surgit.
Se p̄ est. plesq; sui. nulloq; creâte o i i

Emeritos artus fecunda morte reformat.
Et petit alternam totidem per funera nitam.
Namq; ubi mille uias longinqua retorserit ætas:
Tot fuerint hyemes totiens uer cursibus actum.
Quas dedit autumnus dederit cultoribus ūbras.
Tunc multis grauior tandem subiūgitur annis
Lustrorum numero uictus. ceu lassa procellis
Ardua caucaseo nutat de uertice pinus:
Seram ponderibus pronis tractura ruinam.
Pars cadit assiduo flatu. pars imbre perosa
Rumpitur. abripuit partem uitiosa uetustas.
Iam breue decrescit lumen. languetq; senili
Segnis stella gelu. quanuis tum forte tenetur
Nubibus: & dubio uanescit cinthia cornu.
Iam solitæ medios alæ transcurrere nimbos
Vix ima tolluntur humo: tunc cōscius aui
Defuncti. reducisq; parans exordia formæ
Arentes tepidis de collibus eligit herbas.
Et cumulum texens preciosa fronde sabæum
Componit. bustumq; sibi partumq; futurum.
Hic sedet: & solem blando clangore salutat
Debilior. miscetq; preces: a suppliance cantu
Præstatura nouas uires incendia poscit.
Quem procul adductis uidet cū phœbus habenis
Stat subito. dictisq; pium solatur alumnum.
O senium positure rogo. falsisq; sepulchris
Natales habitare uices: qui sæpe renasci
Exitio: proprioq; soles pubescere letho.
Accipe principium rursus: corpusq; coactum
Desere. mutata melior procede figura.
Hæc fatus ppere flauis e crinibus unum
Concussa ceruice iacit. missisq; uolente
Vitali fulgore ferit. nam sponte crematur
Vt redeat. gaudetq; mori festinus in ortum
Feruēt odoratus stellis caelestibus agger
Cunsumitq; senem. nitidos stupefacta iuuenços
Luna præmit. pigrosq; polus non concitat axes.

Parturiente rogo curis natura laborat
Aeternam ne perdat auem. flammæq; fideles
Ammouet: ut rerum decus immortale remittat.
Continuo dispersa uigor per membra uolutus
Aestuât. & uenis rediuius sanguis inundat.
Victuri cineres: nullo cogente moueri
Incipiunt. plumamq; rudem uestire fauillam.
Qui fuerat genitor: natus nûc profilit idem.
Succeditq; nouus geminæ confinia uitæ:
Exiguo medius discrimine seperat ignis.
Protinus ad nilum manes sacrare paternos
Auctoremq; globum phariæ telluris ad oras
Fere iuuat. uelox alienû pergit in orbem?
Portans gramineo clarum uelamine funus.
Innumeræ comitantur aues. stipatque uolantem
Alituû suspensa cohors. exercitus ingens
Obnubit uario late conuexa meatu.
Nec quisq; tantis e milibus obuius audet
Ire duci. sed regis iter flagrantis adorant
Non ferus accipiter. non armiger ipse tonantis
Bella mouent comune facit reuerentia foedus.
Talis barbaricas fluuio de tigride turmas
Ductor parthus agit. gemmis & diuite cultu
Luxurians. sertis apicem regalibus ornat.
Auro frenat equû. perfusa murice uestem
Assyria signatur acu. tumidasq; regendo
Celsa per tyrias acies ditione superbit.
Clara per egiptû placidis notissima sacrum
Vrbs titana colit. centûq; imane columnis
Inuehitur templû thebano monte reuulsis.
Illic ut perhibent patriam de more reponit
Congeriem. uultûq; dei ueneratus herilem
Iam flammæ cõmendat onus. iam destinat oris
Semina. reliquiasq; sui mirata relucet
Limina. diuino spirant altaria fumo.
Et pelusiacas productus adusq; paludes

Indus odor penetrat mares. completq; salubri
Tempestate uiros:& nectare dulcior aura
Hostia nigrantis nili septena uaporat.
O felix hæresq; tui. quo soluimur omnes
Hoc tibi supeditant uires præbetur origo
Per cinerem. moritur te non pereunte senectus:
Vidisti quodcūq; fuit. te sæcula teste
Cuncta reuoluuntur. nosti quo tempore pontus
Fuderit elatas scopulis stagnantibus undas
Quis phætonteis erroribus arserit amnis
Et clades te nulla rapit: solusq; superstes
Edomita tellure manes. non stamina parca
Inte dura legunt. non uis habuere nocendi.

De Magnete

q Visquis sollicita mundum ratione secutus
Semina rimatur rerum: quo luna laborat
Defectu quæ causa iubet pallefcere solem:
Vnde rubescences ferali crine cometa
Vnde fluant uenti: trepidæ quis uiscere terræ
Concutiat motus: quæ fulgura ducat origo.
Vnde tonent nubes: quo lumine floreat arcus.
Hoc mihi quærenti siquid deprendere uerum
Mens ualet. expedit lapis ē cognomine magnes:
Decolor: obscurus: uilis. non ille repexam
Cæsariem regum: nec candida uirginis ornat
Colla: nec insigni splendet per singula morsu.
Sed noua si nigri uideas miracula saxi:
Tunc superat pulchros cultus: et quicquid eoīs
Indus littoribus rubra scrutatur in alga:
Ex ferro meruit uitam: ferriq; rigore
Vescitur. hæc dulces epulas: hæc pabula nouit.
Hinc proprias renouat uires. hinc fusa per artus
Aspera secretum seruant alimenta uigorem.
Hoc absente perit. tristi morientia torpent
Membra fame: uenasq; sitis consumit apertas.
Mauors sanguinea qui cuspide uerberat urbes:

Et uenus humanas quæ laxat in oia curas:
Aurati delubra tenent communia templi.
Effigies non una deis. sed ferrea martis
Forma nitet. uenerē magnetica gemma figurat.
Illis connubium celebrat de more sacerdos:
Ducit flāma choros. frondenti festaq; mirto
Limina cinguntur. roseisq; cubilia surgunt
Floribus: & thalamos dotalis purpura uellat.
Hic mirum confurgit opus. citherea maritum
Sponte rapit. cæliq; toros imitata priores
Pectora lasciuo flatu mauortia nectit.
Et tantum suspendat onus. galeæq; lacertos
Implicat: & uiuis totū complexibus ambit.
Ille laceffit longo spiraminis actu
Alternis trahitur gemma de coniuge nodis.
Pronuba sit natura deis: ferrūq; maritat
Aura tenax. subitis sociantur numina furtis.
Quis calor infundit gemmis alterna metallis
Fœdera? quæ duras iungit concordia mētes?
Flagrat anhela silex: & amicā faucia sentit
Materiam. placidos calibs cognoscit amores.
Sic uenus horrificum belli compescere regem
Et uultum molire solet. cū sanguine præceps
Aestuat: & strictis mueronibus asperat iras.
Sola feris occurrit equis: molitq; tumorem
Pectoris: & blando præcordia temperat igni
Pax animo tranquila datur. pugnasq; calentes
Deserit: & rutilas declinat in oscula cristas.
Quæ tibi scæue puer non est permissa potestas?
Tu magnum superas fulmen. cæloq; relicto
Fluctibus in mediis cogis mugire tonantem.
Iam gelidas rupes uiuoq; carentia sensu
Membra feris. iam saxa tuis obnoxia telis
Et lapides suus ardor agit. ferrumq; tenetur
Illecebris. rigido regnant i marmore flammæ

De Apone Balneis.

Fons antenoreæ uitam qui porrigis urbi:
Factaq; uicinis noxia pellis aquis:
Cum tua uel mutis tribuant miracula uocem:
Cum tibi plebeius carmina dicter honos.
Et sit nulla manus cuius non pollice ductæ
Testentur ueteres prospera uota notæ.
Nonne reus musis: pariter nimphisq; tenebor
Si tacitus soli præteriare mihi?
Indictum neq; enim fas est tacitumq; relinqui
Hûc qui tot populis prouocat ora loqui.
Alto colle minor paruis erectior aruis.
Conspicuo clius molliter orbe tumet.
Ardentis fœcundus aquæ. quacûq; cauernas
Proferat offenso truditur igne latex.
Spirat putre solum: conclusaq; subter hanello
Pumice rimosas perforat unda uias.
Humida flammæ regio uulcania terræ
Vbera sulfureæ feruida regna plagæ.
Quis sterilem non credat humû? fumâtia uernât
Pascua. luxuriat gramine cocta silex.
Et cû sic rigido cautes feruore liquescant
Contentis audax ignibus herba uiret.
Præterea grandes effossi marmore sulci
Saucia longiquo limite saxa secant.
Herculei sic fama refert monstrator aratri
Semita: uel casus uomere egit opus.
In medio pelagi late flagrantis imago:
Ceruleus immenso panditur ore lacus.
Ingenti fusus spacio. sed maior in altum
Intrat. & arcana rupis inane subit.
Densus nube sua. tactuq; immitis & hauflu.
Sed uitreis idem lucidus usq; uadis.
Consuluit natura sibi: ne tota niteret.
Admisitq; oculos quo uetat ire calor.
Turbidus impulsu uenti cû spargitur aer:
Glaucaq; fumiferæ terga serenat aquæ:

Tunc omnem liquidi uallem mirabere fundi.
Tūc ueteres hastæ regia dona micant.
Quas inter nigræ tenebras obscurus harena:
Discolor abruptum flumen hiatus agit.
Apparent intra latebræ: quas gurgēs opacus
Implet; & abstrusos ducit in antra sinus.
Tunc montis secreta patent: qui flexus in arcum
Aequora pendenti margine summa ligat.
Viua coronatos astringat scæna uapores.
Et leuis exili cortice terra natat.
Calcaturq; oneri nunq̃ cessura uirorum.
Sustentat trepidum fida ruina pedem.
Facta manu credas. sic lenes circuit oras
Ambitus: & tenuis prepetuusq; riget.
Hærent stagna loco plenas æquantia ripas
Præscriptumq; timent exiluisse modum
Quod superat fluuio deuexa rupe uolutus
Egerit & campi dorſa recurua petit:
Deuehit exceptum natiuo spuma meatu.
In patulas plumbi labitur inde uias
Nullo cum strepitu madidis iſecta fauillis
Despumat niueum fistula cana salem:
Multifidum dispergit opus. artemq; secutus
Qua iussere manus mobile torquet iter.
Et iunctos rapido pontes subtermeat æstu
Afflatosq; uago temperat igne tholos.
Acrius interius rauci cum murmure fæxi
Spumeus eliso pellitur amne uapor.
Hinc pigras repetunt fessi sudore lacunas
Frigora quis longæ damna dedere moræ
Salue præoniæ largitor nobilis undæ
Dardani salue gloria magna soli.
Publica morborum requies: cōmune meretur
Auxilium præsens numen. inempta salus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis
Et nostro flegeton deuius orbe latet.
Sulfuris in uenas gelidis seu decidit amnis.

Accensusq; fluit quod manifestat odor:
Siue pares flammæ undarum lance rependens
Arbiter in fœdus mons elementa uocat
Nec edant superata sibi. sed legibus æquis
Alterius uires possit utrunq; pati.
Quicquid erit causæ: quocunq; remitteris ortu
Non sine consilio currere certa fides.
Quis casum meritis ascribere talibus audet?
Quis negat autores hæc statuuisse deos?
Ille pater rerum qui sæcula diuidit astris:
Intus prima poli te quoq; sacra dedit
Et fragilem nostri miseratus corporis usum
Telluri medicas funder e inssit aquas.
Parcarumq; colos exhortatura seueras
Flumina laxatis emicuere iugis.
Felices proprium qui te meruere coloni
Fas quibus est aponum iuris habere sui
Non illis terrena lues: corrupta nec haustri
Flamina: nec seuo sirius igne nocet
Sed quauis lachesis letali flamine damnet
Inde sibi fata prosperiora petunt.
Quod si forte malus membris exuberat humor
Languida uel nimio uiscera felle rubent.
Non uenas referant. nec uulnere uulnera sanant:
Pocula nec tristi gramine mixta bibunt
Amissum nimphis reparant impune uigorem.
Pacatq; ægro luxuriante dolor. De Nilo.
f Elix qui pharias proscindit uomere terras
Nubila non sperat tenebris condentia celum
Nec grauitè flantes pluuiæ frigore choros
Inuocat: aut arcum uariata luce rubentem
Aegyptus sine nube ferax. imbreſq; serenos
Sola tenet secura poli: non indiga uenti
Gaudet aquis quas ipsa uehit. niloq; redundat:
Qui rapido tractu mediis elapsus ab haustriſ:
Flamiferæ patiens zonæ. cæcriq; calentis:
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem

Secreto defonte cadens: qui semper inani
Querendus rōne latet. nec contigit ulli
Hoc uidisse caput. fertur sine teste creatus.
Fulmina profundens alieni conscia cæli:
Inde uago lapsu: libyam disp̄sus in omnem:
Ethiopum per mille ruit nigrantia regna.
Et loca continuo solis damnata uapore
Irrorat. populisq; salus sitientibus errat.
Per meroem. blennasq; feros. atrāq; syenem!
Hunc bibit ifelix garamas. domitorq; ferarum
Cyrreus qui uasta colit sub rupibus antra.
Qui ramos hebeni. qui dentes uellit eburnos
Et gens compositis crinem uellata sagittis
Nec uero similes causas crescentibus undis
Vt tempus meruit. glacie non ille soluta:
Nec circumfuso scopulis exuberat imbre:
Nam cum tristis hyems alias produxerit ūdas
Tunc nilum retinent ripæ. cū languida cessant
Flumina utunc nilus mutato iure tumescit.
Quippe quod ex omni fluuio spoliauerit æstas
Hoc nilo natura refert. totumq; per orbem:
Collectæ partes unum reuocantur in amnem.
Cūq; die titania canis flagrantior armat:
Et rapit humores madidos uenasq; calore
Compescit. radiisq; potentibus æstuat axis.
Nilo bruma uenit contraria tempora mundo.
Defectis solitum referens cultoribus æ quor
Effluit ægæo stagnantior. acrior alto
Ionio seleg; petentibus explicat aruis.
Fluctuat omnis ager: remis sonuere nouales.
Sæpius æstiuo iaceat cum forte sopore:
Cernit cum stabulis armenta natantia pastor.
In Alechium questorem.

¶ Ic non ethiopum campos æstate pererrem
Nec brumam scithico sub ioue nudus agam.
Sic non imbriferam noctem ducentibus edis:
Ionio credam turgida uela mari:

Sic non tartareo furiarum uerbere pulsus:
Irati relegam crimina grammatici.
Nulla meos traxit petulans audacia sensus
Liberior iusto nec mihi lingua fuit.
Versiculos fateor non cauta uoce notauit:
Heu miser ignorans q̄ graue crimen erat.
Orpheos alii libros impune laceffunt
Nec tua securum: te Maro fama uehit:
Ipse parens uatum princeps heliconis homerus
Iudicis excepit tela seuera note
Sed non Vergilius: sed non accusat homerus
Neuter enim quæstor: pauper uterq; fuit.
En moueo plausus: & pallidus omnia laudo
Et clarum repeto terq; quaterq; sophos.
Intendat placidus tandem flatusq; remittat
Et tuto recitet quicquid ab ore placet.

DE GIGANTOMATIA LIBER.

ERRA parēs quōdā cælestibus iuida regnis
Titanumq; simul crebros miserata dolores
Omnia monstrifero complebat tartara foetu
Inuisum genitura nefas: phlegramq; retextit
Tanta prole tumens: & in æthera protulit hostes.
Fit sonus: erumpunt crebro necdumq; creati
Iam dextras in bella parant: superosq; laceffunt.
Stridula uoluentes gemino uestigia lapsu.
Pallescent subito stellæ fleatq; rubentes
Phoebus aquos. docuitq; timor reuocare meatus
Oceanum petit arctos inocciduiq; triones
Occasum uoluer e pati. tum feruida natos
Talibus hortatur genitrix in prælia dictis
O pubes domitura deas: quodcumq; uidetis
Pugnando dabitur. præstat uictoria mundum.
Sentiet ille meas tandem Saturnius iras
Cognoscit quid terra potest. si uiribus ullis
Vincor: cur cibeles nobis meliora creauit:
Cui nullus telluris honos. qui semper acerbis
Me damnis urgere solet: quæ forma nocendi

Defuit: hinc uolucrum uiuo sub pectore pascit
Infelix scitica fixus conualle prometheus.
Hinc atlantis apex flāmantia pondera fulcit.
Et per caniciem glacies asperrima durat.
Quid dicam tityon? cuius sub uulture sauo
Viscera nascuntur grauibus certantia poenis
Sed uos o tandem ueniens exercitus ultro
Soluite titanias uinclis defendite matrem.
Sunt freta sunt montes uestris nec pcite menbris.
In iouis exitium telum non esse recuso:
Ite pcor miscete polum rescindite turres
Sidereas. rapiat fulmen sceptrumq; tiphoeus
Encheladi iussis mare seruiat. alter habenas
Auroræ pro sole regat: te delphica laurus
Stringat porfyrion. cyrrhæaq; templa tenebis.
His ubi consiliis animos elusit inanes
Iam credunt uicisse deos: mediisq; reuinctum
Neptunum traxisse fretis. hic sternere martem
Cogitat. hic phebi laceras deuellere crines
Hic sibi promittit uenerem. speratq; dianæ
Coniugium. castamq; cupit uiolare minervam.
Interea superos prænuncia cōuocat iris.
Qui fluuios: qui stagna colunt. cinguntur & ipsi
Auxilio manes. nec te proserpina longe
Vmbrosæ tenuere fores. rex ille silentem
Lethæo uehitur curru. lucemq; timentes
Insolitam mirantur equi. trepidoq; uolatu
Spissas ceruleis tenebras e naribus eflant.
Ac uelut hostilis: cum machina terruit urbem
Vndiq; concurrunt arcem defendere ciues.
Haud secus omnigenis coeuntia numina turmis
Ad patris uenere domos. tum Iuppiter infit.
O nunq̃ peritura cohors. o debita semper
Cælo progenies. nullisq; obnoxia fati.
Cernitis ut tellus nostrum coniuret in orbem
Prole noua? dederitq; alios interrita partus?
Ergo quot dederit natos: tot funera matri

Reddamus. longo maneat per secula luctu
Tanto pro numero paribus damnata sepulchris.
Iam tuba nimborum sonuit. iam signa ruendi
Bis æther: bis terra dedit. confusaq; rursus
Pro domino natura timet discrimina rerum.
Miscet turba potens. nunc insula deserit æquor.
Nunc scopuli latuere mari: quot littora restant
Nuda quot antiquas mutarunt flumina terras.
Hic rotat æmoniam præduris ducibus oeternam
Hic iuga cūnixis manibus pangea coruscat
Hunc armat glacialis athos: hoc ossa mouente
Tollitur: hic rodopem hebri cum ponte reuellit.
Et socias truncauit aquas: summaq; leuatus
Rupe giganteos humeros irrorat enipeus.
Subsedit patulis tellus sine culmine campis:
In natos diuisa suos. horrendus ubiq;
It fragor: & pugnae spacium discriminat aer.
Primus terrificum maior non segnis in agmen
Odrisos impellit equos: quibus ille gelonos
Siue gethas turbare solet. splendentior igni
Aureus ardescit clypeus: galeamq; nitentes
Arescere iubæ: tunc concitus ense pelorum
Transigit aduerso: femorum qua parte uoluit
Duplex semiferis connectitur ilibus anguis.
Atq; uno trinas animas interficit ictu.
Tunc super insultans auidus languentia curru
Membra terit. multumq; rotæ sparsere cruoris
Occurrit pro fratre mimas lemnumq; calentem
Cum lare uulcani spumantibus eruit undis.
Et prope torsisset: si non mauortia cuspis
Ante reuelato cerebrum fudisset ab ore.
Ille uelut tuto moriens serpentibus imis
Viuat adhuc stridore ferox: & parte rebeli.
Victorem post fata petit. Tritonia uirga
Profilit ostendens rutila cum gorgone pectus:
Aspectu contenta suo: non utitur hasta.
Nam satis est uidisse semel. primumq; furentem

Longius in faciem saxi pallanta reformat.
Ille procul subitis fixus sine uulnere nodis
Vt se letifero sensit durescere uisus
Et steterat iam pene lapis:quo uertimur inquit:
Qui serpit per membra filex? qui torpor inertem
Marmorea me peste ligat? uix pauca locutus
Quod timuit iam totus erat. sæuusq; damastor
Ad depellendos iaculum dum quæreret hostes:
Germani rigidum misit pro rupe cadauer
Hic uero interitum fratris miratur echion.
Inscius auctorem dum uult tentare nocendo
Te dea respexit. solam quam cernere nulli
Bis licuit. meruit sublata audacia poenas
Et didicit cum morte deam. sed turbidus iram
Palleneus oculis aduersa tuentibus atrox
Ingreditur. cæcæq; manus in pallada tendit
Huc mucrone ferit dea cominnus: ac simul ægues
Gorgoneo riguere gelu: corpusq; per unum
Pars moritur ferro: partes periire uidendo.
Ecce autem medium spiris delapsus in æquor
Porfirion trepidam conatur uellere delon
Scilicet ad superos ut torqueat improbus axes.
Horruit ægeus: stagnantibus exilit antris
Longæuo cum patre thetis. desertaq; mansit
Regia neptuni: famulis ueneranda profundis
Et clamant placido cunctæ: de uertice nymphæ
Nymphæ quæ rudibus phœbum docuere sagittis
Errantes agitare feras: primumq; gementi
Latonæ fruxere thorum: cum lumina cæli
Parturiens gemmis ornaret foetibus orbem.
Implorat peana suum conterrita delos.
Auxiliumq; rogat: si te gratissima fudit
In nostro latona sinu: succurre præcanti:
En iterum conuulsa feror

DE SALVATORE.

c HRISTE potens rex: redeuntis cōditor æui:
Vox summi: sensusq; dei: quē fundit ab alta

Mente pater. tantiq; dedit conforcia regni.
Impia tu nostræ domuisti crimina uitæ:
Passus corporea mundum uestire figura:
Affariq; palam populos hominemq; fateri.
Quæq; utero inclusum Mariæ: mox numine uiso
Virginei tumuere sinus. innuptaq; mater
Archano stupuit compleri uiscera partu
Auctorem paritura suum. mortalia corda
Artificem texere poli: mundi q; repertor
Pars fuit humani generis. latuitq; sub imo
Pectore: qui totum late complectitur orbem.
Et qui non spaciis terræ: non æquoris unda:
Nec capitur cælo: paruos confluit in artus.
Quin & supplicii nomen nexuq; subisti
Vt nos subriperes læto. mortemq; fugares
Morte tua. mox æthereas euectus in auras
Purgata repetens: lætum te luce parentem
Augustum foueas: festis ut sæpe diebus
Annua sinceri celebret ieiunia sacri.

De Mullabus Gallicis.

a Spice morigeras rhodani torrētis alumnas
Imperio nexas. imperioq; uagas.
Diffona q̄ uarios flectant ad murmura cursus.
Et certas adeant uoce regente uias.
Quamuis quæq; sibi nullis discurrat habenis
Et pateant duro libera colla iugo:
Ceu constricta tamen seruit. patiensq; laborum
Barbaricos docili concipit aure sonos.
Absentis longiqua ualent præcepta magistri.
Frenorumq; uices lingua uirilis agit.
Hæc procul angustat sparsas. spargitq; coactas.
Hæc sistit rapidas. hæc properare facit.
Leua iubet leuo deducunt ordine gressum.
Mutauit strepitum. dexteriora petunt.
Nec uinclis famulæ: nec libertate feroces
Exutæ laqueis. sub ditione tamen:
Consensuq; pares: & fuluis pellibus hirtæ

Effeda concordēs multisonora trahunt.
Miraris si uoce feras pacauerit orpheus
Cum pronas pecudes gallica uerba regant.
In Curetium.

f Allaces uitreo stellas componere mundo:
Et uaga saturni sidera sæpe queri.
Venturumq; iouem paucis promittere nūmis
Cureti genitor nouerat uranius.
In prolem dilata ruunt periuria patris.
Et penam merito filius ore luit.
Nam spurcos auidæ lambit meretricis hiatus:
Consumens luxu flagitiisq; domum.
Et quas fallacis collegit lingua parentis:
Has eadem nati lingua refudit opes.
In Eundem.

f I tua cureti penitus cognoscere quæris
Sidera patre tuo certius ipse loquar.
Quod furis: aduersi dedit inclementia martis:
Quod procul a musis debilis arcas erat
Quod turpem pateris iam cano podice morbum
Ecce mineis signis luna uenusq; fuit.
Attriuit Saturnus opes. hoc prorsus i uno
Hereo: quæ cunnum lambere causa facit.

f ordidus humeris nodo dependet amictus:
Exercentur equis: & colla comantia pectūt
In Iacobum Magistrum Equitum.

p Er cineres pauli. per cani limina petri
Ne laceres uersus dux iacobe meos.
Sic tua pro clypeo defendat pectora thomas.
Et comes ad bellum bartholameus eat.
Sic ope sanctorum non barbarus irruat alpes.
Sic tibi det uires sancta susanna suas.
Sic quicumq; ferox gelidum tranauerit histrum
Mergatur uolucres ceu pharaonis equi.
Sic geticas ultrix feriat rhomphæa cateruas:
Romanasq; regāt p̄sp̄era tela manus: p

Nota iacobus quintusylabum

Sic tibi det moriens magnos conuiua triūphos
Vt tua perpetuo dolia uina fluant.

Sic nunq̃ hostili maculetur sanguine dextra.

Ne laceres uersus dux Iacobe meos

De Apro & Leone.

† Oruus aper. fuluusq; leo coiere superbis
Viribus. hic fetis sæuior ille iuba.

Hunc mars: hunc cibeles laudat. dominatur uterq;
Montibus. herculeus sudor uterq; fuit.

De Bucusta.

Estareo muro dulces cinguntur harenæ
Horet apex capitis. medio fera lumina surgūt
Vertice. cognatus dorso durefcit amictus.
Armauit natura: cutem. dumiq; rubentes
Cuspidibus paruis multos acuerē rubores.

De Torpedine.

q Vis non indomitam diræ torpedinis artem
Audit: & emerito signatas nomine uires?

Illa quidem mollis. segniq; obnoxia tactu
Reptat: & attritis uix languida serpit arenis.
Sed latus armauit gelido natura ueneno.
Er frigus quo cuncta rigent. armata medulis
Miscuit. & proprias hyemes per uifera duxit.
Naturam iuuat ipsa dolis: & conscia fortis
Vtitur ingenio. longeq; extenta per algas
Qui tetigere iacent. successu lata resurgit
Et uiuos impune suos depascitur artus.
Si quando uestita cibus incautior æra
Hauserit: & curuis frenari senserit hamis.
Non fugit aut uano conatur uellere morsu
Sed proprius nigræ iungit se calida setæ
Et meminit captiua sui. longoq; per undas
Pigra uenenatis effundit flamina uenis.
Per setam uis alta meat. fluctusq; relinquit
Absentem uictura uirum. metuendus ab imis
Emicat horror aquis: & pendula fila secutus
Transit harundineos: archano frigore nodos

Vidtricemq; ligat concreto sanguine dextram
Damnosum piscator onus: prædamq; rebellent
lactat & amissa redit exarmatus habena.

Epistola ad Serenam.

o Rpheæ cum primæ sociarent numina tedæ
Ruræq; compleret thracia festus hymen
Certauere feræ picturatæq; uolucres
Dona suo uati quæ potiora darent:
Quippe antri memores cantus ubi sæpe sonoræ
Præbuerant dulci mira theatra lyræ.
Caucaseo cristalla ferunt de uertice lynces:
Gryphes hyperborei pondera fulua soli:
Furatæ ueneris prato per inane columbæ
Floreæ connexisserta tulere rosis.
Fractaq; nobilium ramis electra sororum
Cignus oloriferi uexit ab amne padi.
Et nilo pigmea grues post bella remensæ
Ore legunt rubri germina cana maris:
Venit & extremo fenix logæus ab euro
Apportans unco cinama rara pede
Nulla auium pecudumq; fuit quæ ferre negaret
Vestigal meritæ connubiale liræ.
Tunc opibus totoq; heliconis sedula regno:
Ornabat propriam caliopea nurum
Ipsam præterea dominam stellantis olympi
Ad nati thalamos ausa rogare parens:
Nec spreuit regina deum: uel matris honore
Vel iusto uatis ducta fauore pii:
Qui sibi carminibus totiens lustrauerat aras:
Iunonis blanda numina uoce canēs:
Præliaq; altisoni referens flegrea mariti
Titanum fractas: Encheladiq; minas:
Ilicet aduentum noctem dignata iugalem
Addidit augendis munera sacra thoris:
Munera mortales non admittentia cultus
Munera quæ solos fas habuisse deos:

Sed quod threicio iuno placabilis orphea
Hoc poteris uotis esse serena meis.
Illius expectant famulantia sidera nutum.
Sub pedibus tegitur terra fretumq; tuis.
Non ego cum peterem solenni more procorum
Promisi gregibus pascua plena meis.
Nec quod mille mihi lateant sub palmite colles.
Fluctuet & glauca pinguis oliua coma
Non quod nostra ceres numerosa falce laboret.
Aurataque ferant culmina celsa trabes.
Suffecit mandasse deam tua littera nobis.
Et specus & segetes & domus ampla fuit.
Inflexit foceros & maiestate petendi.
Texit pauperiem nominis umbra tui.
Quid non perficeret scribentis uoce serena?
Vel genius regni: uel pietatis amor
Atq; utinam sub luce tui contingeret oris
Coniugis in castris. & solio generi.
Optatum celebrare diem: me iungeret auspex
Purpura me sancto cingeret ausa thoro.
Et mihi quam scriptis desponderat ante puellam
Coniugiis eadem pronuba dextra daret.
Nunc medium quoniam uotis maioribus æquor:
Inuidet. & libycæ desidet ora plagæ:
Saltem absens regina faue. reditusq; secundos
Annue siedere. leta supercilio.
Terrarum: tu pande uias. tu mitibus euris
Aequora pacari posteriora iube.
Ut tibi pierides doctumq; fluens aganippe:
Debita seruato uota cliente canant.
De Faleris equi.
a Ccipe parua tuæ princeps uenerande sororis
Munera: quæ manibus texuit ipsa suis.
Dumq; auro phaleræ gemmis dum frena reuidet
Hac uterum zona cinge frementis equi.
Siue illum armeniis aluerunt gramina campis.
Turbidus argea seu niue lauit halis.

Sanguineo uirides morfu uersare smaragdos.
Et tyrio dignum terga rubere croco.
O quantum formæ sibi conscius erigit armos
Spargit & excussim colla superba iubis.
Augescit: breuitas doni pietate serena.
Quæ uolucres etiam fratribus ornat equos:

f Tamine resplendens & mira textilis arte:
Balteus alipedis regia terga ligat.
Quem decus eoo fratri pignusq; propinqui
Sanguinis: hesperio misit ab orbe soror.
Hoc latus astringi uelox optaret Arion.
Hoc proprium uellet cingere castor equum.
De Concha.

t Râfferat huc liquidos fôtes heliconia nais
Et patulo conchæ diuitis orbe fluat.
Namq; latex doctæ quæ lauerit ora serenæ
Vltra pegaseas numen habebit aquas
De muneribus Honorio Impatori missis
n On semper clypei metuendû gentibus orbẽ
Dilecto studiosa parens fabricarat achilli.
Lemnia nec semper supplex ardentis adibat
Antra dei nato galeam factura comantem.
Sed placidos etiam cinctus & mitia pacis
Ornamenta dabat. bello quibus ille peracto
Conspicius reges inter fulgeret achiuos.
Ipsa manu clamydes ostro texebat & auro.
Frenaq; quæ uolucrem xantum baliûq; decerent
Aequore quæ sitis onerabat sedula gemmis.
At tibi diuersis princeps altissime certant
Obsequiis. socer en filico mauortia confert
Munera. barbaricas strages. rheniq; triumphos
Reginæ contenta modum seruare serena
In tua sollicitas urgens uellamina tellis.

De Equo Honorii.

o Felix sonipes tanti cui fræna mereri
Numinis, & sacris licuit seruire lupatis piii

Seu tua per campos uento iuba lufit hiberos
Seu te capadocum gelida sub ualle natantē
Argeæ lauere niues: seu letæ solebas
Thesaliæ rapido perstringere pascua saltu.
Accipe regales cultus: & crine superbus
Erecto uirides spumis perfunde smaragdos.
Luxurient tumido gemmata monilia collo.
Nobilis auratos iam purpura uestiat armos.
Et medium te zona liget uariata colorum
Floribus: & castæ manibus sudata serenæ.
Perfarum gentile decus: sic quippe laborat
Maternis studiis. nec dedignatur equestres
Moliri phaleras genero latura decorem.

LAVS SERENAE Reginae Vxoris Stiliconis.

d IC mea caliope tanto cur tempore differs
Pierio meritam ferto redimire serenam
Vile putas donum solitam consurgere gemmis
Aut rubro radiare mari si floribus ornes
Reginae regina comam: Sed floribus illis
Quos neq; frigoribus boreas. nec syrius urit
Aestibus. aeterno sed ueris honore rubentes
Fons aganippæa permessus educat unda.
Vnde piæ pascuntur apes: & prata legentes
Transmittunt sacris heliconia mella futuris.
Dignius an uates alios exercuit unum
Foemineæ uirtutis opus. quod sponte marito
Casta maritali successit thesala fato:
Inq; suos migrare uirum non abnuit annos
Hoc graui memorant. latiis mouet ora camænis
Præscia fatorum Tanaquil. rediensq; per undas
Chloelia tybrinas: & eodem flumine ducens
Claudia uirgineo cunctantem crine cibelleo.
Anne aliud toto molitur carminis actu
Mæonii mens alta senis: quod stagna charybdis
Armauit: quod silla canes: quod pocula circe:
Antiphatae uita fames: furdoq; carinae
Remige syrenum cantus transuecta tenaces

Lumine fraudatus cyclops: contempta calypso:
Penelope: decus est: atq; suum: cui tanta paratur
Scena pudiciæ. terræ pelagiq; labores:
Et sæui totidem bellis quot fluctibus anni
Coniugii docuere fidem. sic claudia felix
Teste dea. castosq; probet sub numine mores.
Absoluens puppisq; moras: crimenq; pudoris.
Penelope trahat arte procos: fallatq; furentes
Stamine nocturnæ relegens sollertia tellæ.
Non tamen audebūt titulis certare serenæ.
Quod si nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus atq; omnes redeunt in semina causæ
Quis uenerabilior sanguis? quæ maior origo
Quam regalis erit? non te priuata dedere
Limina: nec tantum poterat contingere nomen
Angustis laribus: patruo te principe celsam
Bellipotens illustrat auus qui signa britanno
Intulit oceano: getullaq; reppulit arma.
Claram scipiadum taceat cornelia gentem.
Seq; minus iactet libycis dotata trophæis:
Cardine tu gemino laurus prætendis auitas
Inde caledoniis: australibus inde parentum
Cingeris excubiis: necdum moderamina mundi
Sumpserat illa domus: cum te lucina beatus
Adderet astrorum radiis: o maxima rerum
Gloria: post genitam didicit regnare serenam.
Quid dignum memorare tuis hispania terris
Vox humana ualet: primo lauat æquore solem
India: tu fessos exacta luce iugales
Proluis inq; tuo respirant sidera fluctu.
Diues equis: frugum facilis: preciosa metalis
Principibus fœcunda piis: tibi sæcula debent
Traianum. series his fontibus ælia fluxit
Hinc senior pater: hic iuuenū diademata fratrum
Namq; aliæ gentes quas fœdere roma recepit
Aut armis domuit uarios aptantur in usus
Imperii. phariæ segetes & punica messis

Castorum deuota cibo: dat gallia robur
Militis ilyricis sudant equitatibus alæ.
Sola nouum latiis uestigal hiberia rebus
Contulit augusto fruges: erraria miles
Vndiq; conueniunt: totoq; ex orbe leguntur
Hæc generat qui cuncta regant. nec laude uirorū
Censeri contenta fuit. nisi matribus æque
Vinceret: & gemino certatim splendida lexu.
Flaccillam mariamq; daret. pulchramq; serenam
Te nascente ferunt per pingua culta tumentem
Diuitiis undasse tagum: callectia risit
Floribus: & roseis formosis duria ripis
Vellera purpureo passim mutauit ouile
Cantaber. oceanus uicino littore gemmas
Expulit. effossis nec pallidus astur oberrat
Montibus ablatum sacris natalibus aurum
Vulgo uena mouet. pyreneisq; sub antris
Ignea flumineis legere ceraunia nymphæ
Quæq; relabentes undas: æstumq; secutæ
In refluos uenere palam nereides amnes
Confessæ plausu dominam cecinere futuris
Auspiciū thalamis. alio cum paruus in axe
Crescebat Stilico. uotiq; ignarus habebat
Debita cui longe coniunx penitusq; remoto
Orbe parabatur. tanti concordia fati.
Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix
Vbera prima dabant gremiis redolentibus aulæ.
Ternaq; te nudis innedens gratia membris
Afflauit docuitq; loqui. quantumq; per herbam
Reptaret: fluxere rosæ: candentia nasci
Lilia. si placido cessissent lumina somno.
Purpura fulgebat uiolæ factura cubile
Gramineum uernatq; thori regalis imago
Omnia non audet genitrix tam magna fateri.
Successusq; suos arcani conscia uoti.
Spe trepidante tegit: gestabat honorius arcto
Te pater amplexu. quotiens ad limina princeps

Theodosius: priuatus adhuc fraterna ueniret
Oscula libabat. teq; in sua tecta ferebat
Letior in matrem teneris conuersa querelis.
Quis me de propriis auferre penatibus inquit
Imperat: hic semper præfagia luserat error
Et dedit augurium regnis infantia linguæ
Defuncto genitore tuo sublimis adoptat
Te patruus. magniq; animo solatia luctus
Restituens. proprius q̃ si genuisset amauit
Defuncti fratris sobolem. nec charior olim
Mutua lædeos deuinxit cura lacones.
Addidit: & proprio germana uocabula nato
Quaq; datur fratris speciem sibi reddit adepti.
Deniq; cum rerum summas electus habenas
Susciperet. non ante suis intendit amorem
Pignoribus q̃ te pariter fidamq; sororem
Littus ad eum terris acciret hiberis.
Deferitur iam ripa tagi: zephiriq; relictis
Sedibus: auroræ famulas properatur in urbes.
Incedunt geminæ proles fraterna puellæ.
Inde serena minor. prior hinc terinantia natus:
Expertes thalami. quarum cithereia necdum
Subiuga ceruices niueas himeneus adegit.
Vtraq; luminibus timidum micat. utraq; pulchras
Excitat ore faces. qualis latonia uirgo:
Et solo Ioue nata soror: cum forte reuifunt
Aequorei sortem patrui. spumantia cedunt
Aequora: castarum gressus uenerata dearum.
Non ludit galatea procax. non improbus audet
Tangere cimothen triton totoq; seueros:
Indicit mores pelago pudor ipsaq; protheus
Arcet ab amplexu turpi neptunia monstra.
Tales sceptri feri uisuræ tecta parentis
Limen honoriades penetrant regale sorores.
Ambas ille quidem patrio complexus amore.
Sed merito pietas in te procliuior ibat.
Et quotiens rerum moles ut publica cogit

Tristior: aut ira tumidus flagrante redibat.
Cum patrem nati fugerent: atq; ipsa timeret
Commotum flaccila uirum: tu sola frementes.
Frangere tu blando poteras sermone mederi
Alloquiis herere tuis secreta fideli.
Prisca puellares reuerentia transiit annos.
Non talem triuiae confert laudator homerus
Alcinoo genitam. quæ dum per littora uestes
Explicat: & famulas exercet læta choreas
Auratam iaculata pilam post naufraga somni
Ocia progressum foliis expauit ulixem.
Pierius labor: & ueterum tibi carmina uatum.
Ludus erat: quos smirna dedit: quos mætua libros
Percurrens: dānas helenam: nec parcis helisæ.
Nobilia tenent animos exempla pudicos.
Laodomia sequēs remeantem rursus ad umbras
Philaciden. & prona ruens capanea cuniuxa
Communes ardente uiro mixtura fauillas.
Et grauis incumbens casto lucretia ferro
Vulnere quæ proprio facinus testata tyranni:
Armavit patriæ iustos i bella dolores:
Exule tarquinio. memorandaq; concidit uno
Vltā pudiciciam libertatemq; cruore.
Talia fata libens uon tu uirtute minore:
Sed fato meliore legis. iam nobilis ætas
Principe sollicito uotis erexerat aula:
Incertis quem tanta thori fortuna maneret.
Antiquos loquitur musarum pagina reges:
Quod dura sub lege procos certare iuberent.
Empturos thalamum dubii discrimine lethi:
Et sua crudeles gauderent pignora mortis
Ambitione peti. curru pisea marino
Fugit tela pelops. nam perfidus obice regis
Prodidit enomai deceptus mirtolus axem
Hipomanes. trepidus cursu ferroq; secutam
Aurato uolucrum flexit sceneida pomo.
Herculeas uidit fluuio luctante palestras

Moenibus ex altis calidon. ꝑciumq; laboris
Deianira fuit: cum pectore uictor hanello
Alcides fremeret retroq; acheloius iret
Decolor. attonitæ stringebant uulnera nimphæ.
Saucia truncato pallebant flumina cornu
Te non hesperidum pomis non amne subacto.
Non socerum fallente rota. sed iudice dignus
Augusto: uariis stilico spectatus in armis
Accipit. & regni dotes uirtute parauit.
Sæpe duces meritis: bello tribuere coronas.
Hunc cingit muralis honos. hunc ciuica quercus
Nexuit. hunc domitis ambit rostrata carinis.
Solutus militiæ miram mercede iugalem
Promeruit stilico: socero referente coronam.
Agnouit: patruï similem termancia curam.
Nupsit illa duci. sed longe facta sororis
Inferiora tuis alio tibi numine tedas
Accendit romana salus: magnisq; coronis
Coniugium sit cura tuum: dilectus equorum:
Quos frigix matres: argeaq; gramina passæ
Semine capadocum sacris præsepibus edunt
Primus honor gemino mox inde germine duxit
Agmina. commissosq; labor sic gessit honores.
Ut semper merito princeps cum magna dedisset
Deberet maiora tamen si bellica nubes
Ingrueret: quis annis: & iure minori
Cedere grada: uos equitum peditumq; magistros
Aspiceret: totumq; palam committere martem.
Nec gradus ætatisq; pudor senioribus obstat.
Ne iuueni parere uelint ceu flumine molli
Tranquillisq; fretis clauum sibi quisq; regendum
Vindicat. incumbat si turbidus auster. & unda
Pulset utrumq; latus. posito certamine nautæ
Contenti meliore manu seseq; pauore
Confessi finem studiis fecere pcellæ
Haud aliter stilico fremuit cum tracia belli
Tempestas: cunctis pariter cedentibus: unus

Eligitur ductor. suffragia quippe peregit
Iudex uera timor: uictus ratione salutis
Ambitus: & pulsus iacuit formidine lior.
Quis tibi tunc p membra tremor? quatenus cadebat
Vbertim lachryma. cum saeva uocantibus arma
Iam lituis madido respectans limina uultu
Optares reducem. galeamque inserta minaci
Oscula cristati raperes festina mariti.
Gaudia quae rursus cum post uictoria tandem
Classica: fidereas ferratum pectus in ulnas
Exciperes: castae tuto per dulcia noctis
Ocia: pugnarum seriem narrare iuberet.
Non illo nitidos unquam bellante capillos
Comere: non solitos gemmarum sumere cultus
Numinibus uotisque uacas: & supplice crine
Verris humum. teritur neglectae gratia formae.
Cum proprio reditura uiro. nec deside cura
Segnis marcet amor. laudem prudentia belli
Foeminea pro parte subit. dum gentibus ille
Confligit: uigili tu prospicis omnia sensu.
Nequid in absentem uirtutibus obuia: semper
Audeat inuidiae rabies. neu feruor iniquis
Ne qua procul positus furto subsederit armis
Calliditas nocitura domi: tu sedula quondam
Ruffino meditante nefas: cum quaereret artes,
In ducis exitium. coniuratosque foueret
Contra pila getas: motus rimata latentes:
Mandatis tremebunda uirum scriptisque monebas

De Crystallo.

p Offedit glacies naturae signa prioris
Que fit parte lapis. frigora parte negat.
Sollers lusit hyems imperfectoque rigore:
Nobilior mitis gema tumescit aquis.

De Eodem.

l Ymphae quae tegitis cognato corpore lymphas
Et quae nunc estis quatenus fuistis aquae:
Quod uos ingenium iunxit: qua frigoris arte

Torpnit: & maduit prodigiosa filex.
Quis tepor inclusus securas uendicat undas:
Interior glacies quo liquefacta notho.
Gemma quibus claustris arcano: nobilis æstu:
Vel cōcreta fuit uel resoluta gelu?
Solibus indomitum glacies alpina rigorem
Sumebar nimio iam preciosa gelu.
Nec potuit toto mentiri corpore gemmam.
Sed medio mansit proditor orbe. latex.
Actus honor liquidi crescunt miracula saxi.
Et conseruatæ plus meruistis aquæ.
Aspice correptam splendenti fragmine uenam
Qua trahitur: limes lucidiore gelu.
Hic nullum boream nec brumam sentit opacus:
Humor. sed uarias itq; reditq; uias.
Non illum constrinxit hyems: non firius axis.
Aetatis spacium non tenuauit edax.
Clauditur immunis conuexo tegmine riuus
Duratq; uagus fons operitur aquis.
Nonne uides propriis ut spumet gēma lacunis:
Et refluos ducant pocula uina sinus
Vdaq; pingatur radiis obstantibus iris.
Secretas hyemes sollicitante die.
Mira filex. mirusq; latex. qui flumina uincit:
Et lapis est merito: quod fluit & lapis est.
Dum cristalla puer contingere lubrica gaudet:
Et gelidum tenero pollice uersat onus.
Vidit perspicuo deprehensas marmore nymphas:
Dura quibus solis parcere nouit hyems.
Et siccum relegens labris sitientibus orbem:
Irrita quæsitis oscula figit aquis.
Marmoreū nec sperne globum spectacula trāsit
Regia nec rubro uilior iste mari.
Informis glacies. saxum rude. nulla figuræ
Gratia. sed raras inter habetur opes.
Epistola Ad Olibrium Vt sibi Scribat.

¶ Vid rear affatus quod nō mihi dirigit ullos
Nec redit alterno pollice ducta salus.
Scribendi ne labor: sed quæ tam prona facultas:
Carmina. seu fundis: seu cicerone tonas.
Cedere diuitiis animi fortuna fatetur.
Et tantas oris copia uincit opes.
An rarus qui scripta ferat: quin tempore nullo
Cessant flāmineæ puluerulenta uia.
Cū fluat ingenium: cū sit qui dicta reportet.
Quæ nisi contemnor causa relicta tibi?
Despicias ergo tuum si fas est credere uatem.
Perfidus & spacio debilitatur amor.
Excidimus ne tibi: lucem iam condant hidaspes.
Et tartesiaco sol oriare uado.
Candescat geticis mercoe conuersa pruinis
Claraq; se uetito proluat ursa mari.
Et si iam nostros fastidit olimbrius ignes
Constat horesteam nil ualuisse fidem.
Quin age rumpe moras remoraturusq; sodalem
Absens eloquio fertilior doce.
Crebraq; fœcundo festinet littera cursu:
Digna tuis animis: insinuanda meis
Dignatus tenui cæsar scripsisse maroni
Et tibi dedecori scribere? musa uale.
Ad Probinum ut scribat sibi.

¶ Vem precor inter nos habitura silentia finē
Quando dabit gratas littera nostra uices?
Me timidum: uel te potius dixisse superbum
Conuenit. alterius crimen utrumq; tenet.
Transfluxere dies. & dum scripsisse priorem
Pœnitet: æternas itur in usq; moras
Sed quid agam cæpisse uetat reuerentia uestri
Hinc amor hortatur scribere. uincat amor.
Fors iuuat audentes chii sententia uatis.
Hac duce non dubitem te reticente loqui:
Audax ut siquid penitus peccasse uidetur:
Arguar ingrati non subiturus onus.

Romanos bibimus primo te consule fontes.

Et lata cessit grata talia togæ.

Incipiensq; tuis affatibus omnia cœpi:

Fataq; delebo posteriora tibi

Ergo laceffit tandem rescribe reganti

Et patria florens sorte probine uale.

In sphæram archimedis.

i Vpiter in paruo cum cerneret æthera uitro

Risit & ad superos talia dicta dedit.

Huccine mortalis progressa potentia curæ:

Iam meus infragili luditur orbe labor.

Iura poli: rerumq; fidem: legemq; uirorum

Ecce siracusius transtulit arte senex.

Inclusus uariis famulatur spiritus astris.

Et uiuum certis motibus urget opus

Percurit proprium mentitur signifer annum.

Et simulata nouo cinthia mense redit.

Ianq; suum uoluens audax industria mundum:

Gaudet. & humana sidera mente redit.

Qui fasso in fontem tonitru salmonea miror

Aemula naturæ parua reperta manus.

De birro Castoreo.

n Ominis ūbra manet ueteres: iā discere birrū

Si castor niteat castoreum nequeo

Sex emptus solidis. quid sit iam scire: potestis.

Si mihi. nulla fides credite uel precio.

De Sepulchro spōsæ quæ i uia posita erat.

p Vlchris stare diu parcarum lege negatur

Magna repēte ruunt: summa cadunt subito:

Hic formosa iacet ueneris sortita figuram.

Egregiumq; decus inuidiam meruit

De Balneis Quincianis.

f Ontibus in liquidis paulū requiesce uiator

Atq; tuum rursus carpe refectionis iter

Lympharum dominū nimium miraberis hospes

Inter dura uiæ balnea quis posuit.

Descriptio Portus Zarinensis.

q i i

u Rbs in conspectu montana cacumina uelat
Tranquillo prætenta mari:ducentia portum
Cornua pacatas remouent aquilonibus undas.
Hic exarmatum terris cingentibus æquor
Clauditur:& placidam discit seruare quietem.
Quicquid castalio de gurgite phœbus hanellat
Quicquid fatidico mugit cortina recessu.
Carmina fert:sed uerba negant comunia musæ
Carmina sola loquor.sic me meus implet Apollo
Descriptio armenti.

n On tales quondâ species tulit armentorum
Tellus tergeminò subdita Gerioni.
Non tales clitumne lauas in gurgite tauros
Tarpeio referunt quos pia uota ioui.
Non tales tyrias sparsisse iuuençus arenas
Dicitur optatum quando reuexit onus.
Non cretæus ager.nec amati conscia tauri
Gnosos:nec similes pauerit ida feras.
Ipse & dispariles monstro diffusus in artus.
Qui crimen matris condidit ore nouo.
Cres puer haud talem potuisset reddere formam
Portassent totum si fera membra patrem.

Descriptio Insulæ.

e St procul ingenti regio summotâ recessu
Insula:quæ resides fluctus mitescere cogit
In longum producta latus:fractasq; per undas
Ardua tranquillo curuantur brachia portu.

De Iracundo.

i N iaculum quodcûq; ferit dementia mutat
Omnibus armatus rabies pro cuspide ferri
Cuncta uolant dum dextra ferox i uulnere sæuit
Pro telo geritur quicquid suggesserit ira.

De Quadriga Marmorea.

q Vis dedit innumeros uno de marmore uultus?
Surgit in aurigam currus:paribusq; lupatis
Vnanimis frenantur equi:quos forma diremit
Materies cognata tenet:discrimine nullo.

Vix redit in currum ducuntur ab axe iugales
Ex alio se quisq; facit: quæ tantâ potestas
Vna silex tot membra ligat: ductusq; per artem
Mons patiens ferri uarios mutatur in artus.

De POLICASTE & Perdica

q Vid nō seuus amor flāmarū munere cogat?
Sanguinis affectum mater amare timet.
Pectore dum niueo miserum tenet anxia nutrix:
Illicitos ignes iam fouet ipsa parens.
Vltrices pharetras tandem depone cupido.
Consule iam uenerem forsan & ipsa dolet.

De Histrice quē dicimus Porcum spinum

a Vdierā memorāde tuas stymphale uolucres
Spicula uulnifico quondā sparsisse uolatu
Nec mihi credibilis ferratæ fabula pinnæ
Visa diu datur ecce fides. & cognitus histrix
Herculeas affirmat aues: os longius illi
Assimilat porcum: mentitæ cornua setæ
Sūma fronte rigent. oculis rubet igneus ardor.
Parua sub hirsuto catuli uestigia dorso
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Presidio dignata feram: stat corpore toto
Silua minax. iaculisq; rigens ī prelia crescit
Picturata seges quorum cute fixa tenaci
Altera succrescit: alternantesq; colorum
Cincta uices. spatiis intus nigrantibus exit
Insolidæ speciem pugnæ tenuataq; furtim
Leuis īextremum sese producit acumen.
Sed non hæc acies ritu siluestris echinni
Fixa manet crebris propugnat iactibus ultro.
Et longe sua membra regit: tortumq; per auras
Euolat: excusso natium missile tergo:
Interdū fugiens parthorū more sequentem
Vulnerat. interdum positus uelut ordine castris
Terrificum densa mucronem uerberat unda.
Et consanguineis hastilibus asperat armos.
Militat omne feræ corpus. uibrataq; rauco

Terga fragore sonant. stimulis acensa tubarum
Agmina collatis credas configere signis.
Tantus in angusta strepitus furit. additur armis
Calliditas. partusq; sui timor. ira; nunquam.
Prodiga telorum. caute contenta minari
Nec nisi seruanda tractus impendere uitae
Error abest. certum sollertia destinat ictum.
Nil spacio fallente modum. seruatq; tenorem
Muta cutis. doctiq; tegit conamina uisus.
Quid labor: humanus tantum ratione sagaci
Proficit? eripiunt trucibus cortinia captis
Cornua subiectis eadam lentescere cogunt
Ignibus. intendunt taurinos mittere neruos.
Instruitur pinnus ferroq; armatur harundo.
Ecce breuis propriis munitur: bestia tellis.
Externam nec quarit opem. fert omnia secum
Sepharetia sese iaculo. sese utitur arcu.
Vnum animal cunctas bellorum possidet artes.
Quod si omnis nostrae paulatim industria uitae
Fluxit ab exemplis. quicquid pcul appetit hostem
Hinc reor inuentum: morem hinc traxisse ciconas
Bellandi: parthosq; retro didicisse ferire:
Prima sagitifere pecudis documenta secutos.

De Eodem.

h Orret apex capitis medio fera lumina surgunt
Vertice: cognatus dorso durefcit amictus
Armauit natura cutem: dubiisq; rubentem
Cuspidibus: paruis multos acuere rubores.

In Podagricum qui carmina non stare dicebat.

q Vae tibi cum pedibus ratio? qd carmina culpas
Scandere qui nescis uersiculos laceras.

Claudicat hic uersus hec inquit sillaba nutat.

Atq; nihil prorsus stare putat podager.

Ad Maximum qui sibi Mel misit.

d Vlcia dona mihi tu mittis maxime semper
Et quicquid mittis mella putare decet.

De Paupere amante.

p Aupertas me saeva domat. dirusq; cupido.

Sed toleranda fames: non tolerandus amor.
Esuriens pauper telis incendor amoris.
Inter utrunq; malum diligo pauperiem.
De piis fratribus & statuis eorum.
a Spice sudantes uenerando pondere fratres:
Diuino meritos semper honore coli.
Lustra quibus rapida cessit reuerentia flammæ:
Et mirata uagas reppulit ethna faces.
Complexi manibus fultos ceruice parentes
Attollunt uultus accelerantq; gradus.
Grandeui gemina sublimes prole feruntur
Et clara natos implicuisse mora.
Nonne uides ut sæua senex incendia monstrat
Ut trepido genitrix inuocet ore deos.
Erexit formido comam: perq; omne metallum
Fusus in attonite palluit ore color.
In iuuenum mēbris animosus cernitur horror
Atq; omen metuens impavidusq; sui
Reiectæ uento clamides: dextra egerit ille
Contentus lena sustinuisse patrem.
Ast illi duplices in nodum colligit ulnas
Cautior in sexu debiliore labor.
Hæc quoq; præteriens oculis ne forte relinquas:
Artificis tacite quod meruere manus.
Nam consanguineos eadem cum forma figuret:
Hic propior matri: fit tamen ille patri.
Dissimiles annos sollertia temperat artis:
Alter in alterius redditur ore parens.
Et noua germanis paribus discrimina præbens
Diuisit uultus cum pietate faber.
O bene naturæ memores documenta supernæ
Iusticiæ iuuenum numina nota senum.
Qui spretis opibus medios properastis in ignes:
Nil præter sanctam tollere canitiem
Haud equidē immerito tantas uirtute repressas
Encheladi fauces obriguisse reor.
Ipse redundantem frenauit mulciber ethnam:
Læderet exempli ne monumenta pii.

Senferunt elementa fidem. pater affuit æther.
Terraq; maternum sedula iuuat onus.
Quod si notus amor prouexit in astra lacones
Aeneam phrigio raptus ab igne pater.
Si uetus argolicos illustrat gloria fratres
Qui sua materno colla dedere iugo.
Cur non amphinomo. cur non tibi fortis onapi:
Aeternum sicculus templa dicauit honos?
Plura licet summe dederit trinacria laudi:
Nouerit hoc maius se genuisse nihil
Nec doleat damnis: quæ deuius intulit ardor
Nec gemat exustas igne furente domos
Nun potuit pietas flamma cessante probari
Emptum est ingenti clade perenne decus.
Epistola ad Gennadium proconsulem:
i Talia comune decus rubiconis ameni
Incola. romani fama secunda fori.
Graiorum populis: & nostro cognite nilo
Vtraq; gens fasces horret amatq; tuos.
Carmina ieiunas poscis solantia fauces
Testor amicitiam nulla fuisse domi
Nam mihi mox nidum pennis confisa relinquūt
Et lare cōtempo non reditura uolant.
De Theodoro & Adriano
m Anlius indulget somno. noctesq; diesq;
Insomnis pharius. sacra profana rapit.
Omnibus hoc itale gentes composcite uotis
Manlius ut uigilet. dormiat ut pharius.
Præfatio In Epithalamium.
c Armina per thalamū quāuis festina negarē:
Nec uolui genero. nec potui socero.
Hic socius. dux ille mihi. nostriq; per aulam
Ordinis hic consors emicat. ille prior.
Hunc mihi coniungit studiis comunibus ætas
Hunc mihi præponit uel senium: uel honos
Carmen amor generi. soceri reuerantia poscit
Officio uatis militis obsequio.

Epithalamium Palladii & Serenæ.

f Orte uenus bládo quæsitum frigore somnū
Vitibus intexti gremio successerat antri.
Densaꝫ sidereos per gramina fuderat artus
Accliuís florúm cumulo crispantur opaca
Pampínus: & uitem sudantem uentilat uuis.
Ora decet neglecta sopor. fastidit amictum
Aestus: & exuto translucet pectore frondes.
Idaliæ iuxta famulæ: triplexq; uicissim
Nexa sub ingenti requiescit gratia quercu.
Pennati passim pueri: quo quæq; uocauit
Vmbra iacet fluitant arcus. ramisq; p̄pínquāt.
Prudentes placido suspirant igne pharetræ.
Pars uigiles ludunt. aut per uirgulta uagantur.
Scrutantur nidos auium. uel roscida læti
Mala legunt donum ueneris. flexusq; sequuntur
Palmitis: & summas pēnis librantur in ulmos.
Defendunt alii lucum. driadesq; procaces
Spectandi cupidas: & rustica numina pellunt.
Siluestresq; deos. longeꝫ tuentibus antrum
Flammea lasciuís intendunt spicula faunis.
Cum subito uariis uicina clamor ab urbe:
Et fausti iuuenum plausus. mixtæq; choreis
Auditæ per rura liræ: celebrata per omnes
Italiæ canitur montes. omnisq; maritum
Palladium resonabat ager. peruenit ad aures
Vox iocunda deæ. strepituq; excita resedit.
Et reliquum nitido deter sit pollice somnum.
Vtq; erat interiecta comas turbata capillos
Mollibus assurgit stratis. sociumq; requirit
Agmen: & inúmeros hymeneū quærit amores.
Hunc musa genitum legit citherea: ducemq;
Præfecit thalamis. nullum uixisse cubille
Hoc sine: nec prima fas est attollere tedas.

De Eodem.

c Onspicitur tandē: platano nāq; ille sub alta
Fusus inequales cera texebat auenas.

Menaliosq; modos: & pastoralia labris
Murmura temptabat relegens orisq; recurſu
Diſſimilis tenuem uariabat harundine uentum.
Reſtitit ut uidit uenerem. digitisq; remiſſis
Ad terram tacito deſluxit fiſtula lapſu.
Dulce micant oculi. niueas infecerat igni
Solq; pudorq; genas dubiam lanuginis umbram
Caſaries inſonſa tegit. prior ipſa ſilentem
Compellat. nunq; ne puer dilecta relinquis
Carmina? maternis nunq; ſociabere donis
Dedite muſarum ſtudio nimiumq; parentis
Aemule? quid medio tecum modularis i aſtu?
Iam ne tibi ſordent citharæ. iam luſtra lycæi
Atq; pecus cordi. redituraq; rupibus echo.
Huc ades: & tantæ nobis ediſſere cauſas
Leticiæ. quæ pompa thoro tam clara reſultet:
Quæ noua dotetur uirgo. patriamq; genusq;
Pande: quibus terris orti: quo ſemine ducti.
Haud ignarus enim: nec te connubia fallunt
Vlla. tuo primæ libantur ſœdere noctes.
Ille reſert equidem dadum te diua morantem
Mirabar: q; adhuc tanti ſecura maneres
Coniugii: non parua tibi mandatur origo.
Faſcibus inſignes: & legum culmine ſultæ
Conuenere domus: & qui latiffimus urbi
Sanguis erat rubris quæ flatibus inſula latrat.
Quis locus ethiopum: quæ ſic imperuia famæ
Seceſſit regio: quo non rumore ſecundo:
Palladii penetrauit amor. mentisq; benigna
Temperies. doctiq; ſales: & grata ſenectus.
Per cunctos it ille gradus: aulæq; labores
Ementus. tenuis ſummæ faſtigia ſedis
Eoum ſtabili moderatus iure ſenatum.
Hic ſplendor iuuenum. cunabula prima puellæ
Danubius: ueteresq; thomi: mauortia matris
Nobilitas. ſpoliis armisq; exultat auitis.
Immenſamq; trahit ſclerini robore lucem.

Qui quondam meroen iustus nilumq; tueri:
Cū sibi post domitos: & parthica fulmina claros
Sceptra daret miles. rebusq; imponere uellet
Despexit fremitus: & prætolit oia regno.
Respuit incestum. quod ui: quod poscere ferro
Post habita pietate solent. non purpura primum
Inferior uirtute fuit. metuitq; repulsam
Obuia maiestas. doluit fortuna minorem
Se confessa uiro. magnum delecta potestas
Maiorem concepta probat. cognomina sumpsit
Plena ducum genitor. paulatim uectus ad altum
Princeps militiæ quo non illustrior extat
Alter. cunctorum tabulas assignat honorum.
Regnorum tractat numeros. cuneosq; recenset.
Sparfas imperii uires constringit in unum:
Depositum quæ sarmaticis custodia ripis:
Quæ seuis obiecta rethis: quæ saxona frenat
Vel scotum regio quantum cinxere cohortes
Oceanum. quantum pacatur milite rhenus.
Casta domus. sincera fides. industria solers
Elegit stilico nihil ultra laudibus addi
Iudicioque potest tali nubente puella.
Nonne tibi cessare nephas? duc protinus omnes.
Duc age marcentes cupio quassare coronas.
Et uibrare faces: & noctem ducere ludo:
Hæc quoq; nō uilem mihi fistula cōmodat usum:
Responsura choris. uix hæc himeneus. at illa:
Fōtib; abluitur gelidis legemq; capillo
Reddit: & ornatum formæ populisq; solutæ
Mira dioneæ sumit uellamina telæ.
Floribus extruitur currum: iuga floribus halant
Florea purpureas adnectunt frena columbas.
Vndiq; cōcurrunt uolucres: quæcūq; frementem
Promulcent atthesim: cantu quo larius audit:
Quos benacus alit: quos excipit amne quieto
Mincius: ereptis obmutuit unda querelis

Eridani ripas: & rauca flagna padusæ
Diffugiens nudauit olor. letantur amores.
Frenatisq; truces auibus per nubila uesti.
Ostentant se quisq; dex. magnoq; tumultu
Confligunt. proniq; manus in uerbera tendunt.
Consequitur uincitq; suos auriga iugales
Atq; impune cadunt. lapsu meliore uolantes.
¶ T thalami tegire fores. tum uere rubentes.
Desuper inuertunt calatos. largosq; rosarū
Imbres: & uiolas plenis sparsere pharetris
Collectis ueneris prato quibus ipse pepercit
Sirius: & teneras clementi fidere fouit.
Gemmatis alii per totum balsama testum
Effudere cadis. duro quæ saucius ungue
Niliacus pigui desudat uulnere cortex.
Aggreditur citherea uirum. flentemq; cupido
Detrahit matris gremio. matura tumescit
Virginitas: superatq; nines: ac lilia candor.
Et patrium flauis testatur crinibus histrum.
Tū dextram complexa uiri: dextramq; puellæ
Tradidit: & his ultro sancit connubia dictis.
¶ Iuite concordēs: & nostrum discite munus.
Oscula mille sonent: liuescant brachia nexu.
Labra ligent animos. nec tu uirtute paterna
Confidas iuuenis non est terrore domanda.
Sed precibus placanda tibi. concede marito
Tu quoq; nec sciticas infensis unguibus iras
Exercere uelis. uinci patiāre rogamus:
Sic uxor: sic mater eris. quid lumina tingis?
Virgo crede mihi. quem nunc horrescis: amabis.
Dixit: & aligera geminos arcuq; manuq;
Præstantes e plebe uocat. puer ilicet ethon:
Et pirois: rutilas resperſi murice plumas
Profiliunt puroq; imbutis melle sagittis:
Hic nuptam. petit illa uirum. sonuere reducta
Cornua certa notos pariter fulcauit harundo:
Et pariter fixis heferunt tela medulis.

FINIS.

CL. CLAVDIANI PRAEFATIO IN raptum
PROSERPINæ.

i NVENTA SECVIT PRIMVS Qui
NAVE PROFVNDVM:
ET RV DIBVS REMIS SOLlicitauit
AQVAS:

Qui dubiis ausus cōmittere flatibus alnum:
Quas natura negat: præbuit arte uias.
Tranquillis primum trepidus se credidit undis:
Littora securo tramite summa legens:
Mox longos tentare sinus: & linquere terras:
Et leni cœpit pandere uela noto.
Ast ubi paulatim præceps audacia creuit:
Corda q; languentem didicere metum:
Iam uagus irrupit pelago: calumq; secutus
Aegæas hyemes: ioniumq; domat.

didicer

CLAVDIANI DERAPTVM PROSERPINAE
LIBER PRIMVS INCIPIT.

i NFERNI RAPTORIS EQVOS:
AFFLATAQVE CVRRV
SIDERA TAENAREO: Caligantesq;
PROFVNDÆ

Iunonis thalamos audaci promere cantu
Mens cōgesta iubet. gressus remouete prophan.
Iam furor humanos nostro de pectore sensus
Expulit: & totum spirant præcordia phœbum.
Iam mihi cernuntur trepidis delubra moueri
Sedibus: & claram dispergere lumina lucem
Aduentum testata dei. iam magnus ab imis
Auditur fremitus terris: templumq; remugit:
Cecropidum: sanctasq; faces extollit eleusis.
Angues triptolemi strident: & squamea curuis
Colla leuant astricta iugis: lapsuq; sereno

Erecti roseas tendunt ad carmina cristas
Ecce procul ternis hecate uariata figuris
Exoritur: lenisq; simul procedit iachus
Crinali florens hedera: quem parthica tigris
Velat & auratos in nodum colligit ungues.
Ebria mæoniis figit uestigia thyrsis.
Dii: quibus in numerum uacui famulatur auerni
Vulugus iners: opibus quorum donatur auaris
Quicquid in orbe perit: quos styx liuentibus abit
Intersusa uadis: & quos fumantia torquens
Aequora gurgitibus phlegeton perlustrat anhelis
Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum:
Et uestri secreta poli: qua lampade ditem
Flexit amor: quo ducta ferox proserpina raptu
Possedit dotale chaos: quantasq; per oras
Sollicito genitrix errauerit anxia cursu.
Vnde datæ fruges populis: & glande relicta
Cesserit inuentis dodonia quercus aristas.
Dux erebi quondam tumidas exarsit in iras
Prælia moturus superis: quod solus egeret
Conunbiis: sterileq; diu consumeret annos
Impatiens nescire torum nullasq; mariti
Illecebras. & dulce patris cognoscere nomen.
Iam quæcunq; latent ferali monstra barathro:
In turmas aciemq; ruunt: contraq; tonantem
Coniurant furia: crinitaq; fontibus hydri.
Tisiphone quatiens in fausto lumine pinum
Armatos ad castra mouet pallentia manes.
Pene reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupissent elementa fidem: penitusq; reuulso
Carcere laxatis pubes titania uinclis
Vidisset cæleste iubar rursusq; cruentus
Aegæon positis arcto de corpore nodis
Obuia centeno uexasset fulmina motu.
Sed parca uetere minas: orbiq; timentes
Ante pedes soliumq; ducis fudere seueram

Caniciem: genibusq; suas cum supplice fletu
Admouere manus: quarum sub iure tenentur
Omnia. quæ seriem fateri pollice ducunt
Longaq; ferratis euoluunt sæcula pensis.
Prima fero lachesis clamabat talia regi
Incultas dispersa comas. o maxime noctis
Arbiter: umbrarumq; potēs: cui nostra laborant
Stamina: qui finem cunctis & semina præbes:
Nascendiq; uices alterna morte rependis:
Qui uitam lethumq; regis: nam quicquid ubiq;
Gignit materies: hoc te donante creatur:
Debeturq; tibi cunctis ambagibus æui.
Rursus corporeos animæ mutantur in artus.
Ne pete firmatas pacis dissolvere leges:
Quas dedimus: neuitq; colus. neu prælia fratrum
Ciuiili conuerte tuba. cur impia tollis
Signa? quid incæstis aperis titanibus auras?
Polce iouem. dabitur coniunx. uix ille pepercit:
Erubuitq; preces: animusq; relanguit atrox
Quauis indocilis flecti ceu turbine rauco:
Cum grauis armatur boreas: glacieq; niuali
Hispidus. & gelida concretus grandine pennas
Flare cupit: pelagus syluas camposq; sonoro
Flamine rapturus: si forte aduersus ahenos
Aeolus obiecit postes: uanescit inanis
Impetus. & fractæ redeunt in claustra procellæ
Tum maia genitum: qui feruida dicta reportet:
Imperat acciri cyllenius astitit ales
Somniferam quatiens uirgam: tectusq; galero.
Ipse rudi folio fultus: nigraq; uerendus
Maiestate sedet: squalent immania foedo
Sceptra situ. sublime caput mæstissima nubes
Asperat: & diræ riget inclementia formæ.
Terrorem dolor augebat. tunc talia celso
Ore tonat. tremefacta silent dicente tiramno

Atria: latratum triplicem compescuit igens
Ianitor. & press'o lachrymarum fonte refedit
Cocytus. tacitis acheron obmutuit undis:
Et phlegethontææ requierunt murmura ripæ:
Atlantis regææ nepos cômune profundis:
Et superis numen: qui fas per limen utrunq;
Solutus habes: geminoq; facis cômertia mundo:
I celer: & proscinde notos: & iussa superbo
Redde ioui: tantum ne tibi sæuissime fratrum
In me iuris habes? si nobis noxia uires
Cum fortuna tulit: non robur & arma
Perdidimus. si rapta dies: an forte iacentes
Ignauosq; putas? quod non cyclopeia tela
Stringimus: aut uano tonitru deludimus auras.
Nonne satis uisum est: grati quod luminis experts
Tertia supremæ patior dispendia sortis?
Informesq; plagas? cum te lætissimus ornet
Signifer: & uario cingant splendore triones.
Sed thalamos etiam prohibes. nereia glauco
Neptatium gremio complectitur amphitryte.
Te consanguineo recipit post fulmina fessum
Iuno sinu. quid enim narrem latitantia furta?
Quid cererem? magnamq; themi? ubi tâta creâdi
Copia? te felix natorum turba coronat.
Ast ego deserta mœrens inglorius aula
Implacidas nullo solabor pignore curas.
Non adeo toleranda quies: primordia testor
Noctis: & horrendæ flagna intemerata paludis.
Si dicto parere neges: patefacta ciebo
Tartara. saturni ueteres laxabo catenas.
Obducam tenebris lucem: compage soluta
Lucidus umbroso miscebitur aer æuerno.
Vix ea fatus erat. iam nūcius astra tenebat.
Audierat mandata pater. secumq; uoluit
Diuerfos ducens animos. quæ tale sequatur
Coniugium: stygiosq; uelit pro sole recessus.

Certa requirenti tandem sententia fedit.
Aetnae cereri proles optata uirebat
Vnica. nec tribuit sobolem lucina secundam.
Fessaq; post primos haerunt uiscera partus
Infœcunda quidem: sed cunctis altior extat
Matribus: & numeri damnum proserpina p̄sat.
Hanc fouet: hanc sequitur uitulā nō blādus ambit
Torua parens: pedibus quæ nūdū proterit arua:
Nec noua lunata curuauit germina frontis.
Iam uicina thoro plenis adoleuerat annis
Virginitas: tenerum iam pronuba flāma pudorē
Sollicitat: mixtaq; tremit formidine uotum.
Personat aula procis: pariter pro uirgine certāt.
Mars clipeo melior. phœbus præstantior arcu
Mars donat rhodopē. phœbus largitur amyclas
Et delon: clariosq; lares. hinc æmula iuno:
Hinc poscit latona nurum: despexit utrunq;
Flaua ceres raptusq; timens (heu cæca futuri)
Commendat siculis furtim sua pignora terris.
Infidis natam laribus commisit alendam.
Aethera deseruit: siculasq; relegat in oras
Ingenio confisa loci. trinacria quondam
Italiae pars una fuit: sed pontus & æflus
Mutauere situm. rupit confinia nereus
Victor: & abscissos interluit æquore montes:
Paruaq; cognatas prohibent discrimina terras.
Nunc illam sociam rapta tellure trifulca
Opponit natura mari. caput inde pachyni
Respicit ionias protentis rupibus iras.
Hinc latrat getula thetis: lilybæaq; pulsat
Brachia consurgens. dedignata teneri
Cuncutit obiectum rabies tyrrhena pelorum
In medio scopulis se porrigit ætna perustis
Aetna gigantos nunquam tacitura triumphos:
Encheladi bustum: qui saucia membra reuinctus
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulfur:

Et quotiens detreſtat onus cernice rebelli
In dextrum: laeuumq; latus: tunc inſula fundo
Vellitur: & dubia nutant cnm moenibus urbes.
Aetnaeos apices ſolo cognoscere uiſu:
Non aditu tentare licet. pars caetera frondet
Arboribus: teritur nullo cultore cacumen.
Nunc mouet indigenas nimbos: piceaq; grauati
Foedat nube diem: nunc motibus aſtra laceſſit
Terrificis: damnisq; ſuis incendia nutrit.
Sed quanuis nimio feruens exuberet æſtu:
Scit nubibus ſeruare fidem: pariterq; fauillis
Dureſcit glacies tanti ſecura uaporis.
Arcano deſenſa gelu fumoq; fideli:
Lambit contiguas innoxia flâma pruinâs.
Quæ ſcopulos tormenta rotent: q̄ tanta cauernas
Vis glomeret: quo fonte ruat uulcanius ignis
Siue q; obicibus diſcurrens uentus opertis
Offenſo per ſaxa furit rimofa meatu:
Dum ſcrutatur iter libertatemq; repoſcens
Putrida multiuagis populatur flatibus antra.
Seu mare ſulfurei ductum per uiſcera montis
Oppreſſis igneſcit aquis: & pondera librat.
Hic ubi ſeruandum mater fidiffima pignus
Abdidit: ad phrygios tendit ſecura penates:
Turrigeramq; petit cybelem: ſinuofa draconum
Membra regens uolucrisq; per auia nubila traçtu
Signant: & placidis humectant frena uenenis.
Frontem criſta tegit. pingunt maculoſa uirentes
Terga notæ: rutilum ſquammiſ intermicat aurû
Nunc ſpiris zephyros tranant: nûc arua uolatu
Inferiore ſecant. cano rota puluere labens
Sulcatam foecundat humum. flauēſcit ariſtris
Orbita: ſurgentes ſcindunt ueſtigia fruges.
Veſtit iter comitata ſeges. iam linquitur ætna;
Totaq; decreſcit refugo trinacria uiſu.
Heu quotiens præſaga mali uiolauit abortio

Rore genas. quotiens oculos ad tecta retorfit
Talia uoce mouens. Salue gratissima tellus:
Quam nos prætulimus cælo: tibi gaudia nostri
Sanguinis. & charos uteri commendo labores.
Præmia digna manent. nullos patiære ligones:
Et nullo rigidi uersabere uomeris ictu.
Sponte tuus florebit ager cessante iuuenco:
Ditior oblatas mirabitur incola messes.
Sic ait: & fuluis serpentibus attigit idam.
Hic sedes angusta deæ: templiq; colendi
Religiosa silex: densis quam pinus obumbrat
Frondeb; & nulla lucos agitante procella
Stridula corniferis modulantur carmina ramis:
Terribiles intus thyasi: uesanaq; mixto
Concentu delubra gemunt. ululatib; ide
Bacchatur. timidas inclinant gargara syluias.
Postquam uisa ceres: mugitum tympana frenant.
Conticuere chori corybas non impulit ense;
Non buxus: non ara sonant: blandiq; leones
Summissere iubas. adytis gauisa cybelle
Exilit: & pronas intendit ad oscula turres.
Viderat hæc dudum summa speculatus ab arce
Iuppiter: & ueneri mentis penetralia monstrat.
Curarum secreta tibi cytherea fatebor
Candida tartareo nuptum proserpina regi
Iamdudum decreta dari. sic atropos urget:
Sic cecinit longæua themis. nunc matre remota
Rem peragit tempus. fines inuade sicanos:
Et cereris prolem patulis illudere campis:
Crastina puniceos cum lux detexerit ortus:
Coge tuis armata dolis: quibus urere cuncta
Me quoq; sæpe soles. cur ultima regna quiescunt?
Nulla sit immunis regio. nullumq; sub umbris.
Pectus inaccesum ueneri. iam tristis erynnis
Sentiat ardores acheron: ditisq; feueri
Ferreæ lasciuis mollescant corda sagittis.

Accelerat præcepta uenus: iussuq; parentis
Pallas: & inflexo quæ terret manala cornu
Addant se comites. diuino semita gressu
Claruit. augurium qualis laturus in orbem
Præceps sanguineo delabitur igne cometes
Prodigiale rubens. non illum nauita tuto:
Non impune uident populi: sed crine minaci
Nunciat: aut ratibus uentos: aut nubibus ignes:
Deuenero locum: cereris qua tecta nitēbant
Cyclopum firmata manu: stant ardua ferro
Mœnia: ferrati postes: immensaq; neſcit
Claustra calybs. nunq̃ tanto sudore pyragmon:
Nec steropes construxit opes: nec talibus unq̃
Spirauere notis animæ: nec flumine tanto
Incoſtum maduit laſſa ceruice metallum.
Atria cingit ebur. trabibus ſolidatur ahenis
Culmen: & in celſas ſurgunt heſedra columnas.
Ipsa domum mulcens tenero proſerpina cantu
Irrita texebat reditura muneræ matri.
Hic elementorum ſeries: ſedeſq; paternas
Inſignibat acu. ueterem qua lege tumultum
Diſcreuit natura parens: & ſemina iuſtis
Diſceſſere locis: quicquid leue fertur in altum.
In medium grauiora cadunt. incanduit æther.
Egit flamma polum. fluxit mare: terra pepēdit.
Non color unus ineſt. ſtellas accendit in auro:
Oſtro fundit aquas. attollit littora gemmis.
Filaq; mentitos ſubter cælantia fluctus.
Arte tument: credas illidi cantibus algam.
Et raucum bibulis inferpere murmur arenis.
Addit quinq; plagas: mediam ſub tegmine rubro
Obſeſſam feruore notat. ſquallebat aduſtus
Limes: & aſſiduo ſitiebant ſtamina ſole.
Vitales utrinq; duas: quas mitis oberrat
Temperies. habitanda uiris cum fine ſupremo
Torpentes traxit geminas: brumaq; perenni

Coedat: & æterno constringit frigore telas.
Necnon & patrui pingit sacraria ditis.
Fatalesq; sibi manes: nec defuit omen:
Præscia nam subitis maduerunt fletibus ora.
Coeperat & uitreis summo iam margine texti
Oceanum sinuare uadis: sed cardine uerso
Sensit adesse deas: imperfectumq; laborem
Deserit: & niueos infecit purpura uultus
Per liquidas succensa genas: castiq; pudoris
Illuxere faces. non sic decus ardet eburnum
Lydia sidonio quod fœminia texuit ostro.
Merferat unda diem. sparso nox humida somno
Languida ceruleis inuexerat ocia bigis.
Iamq; uiam pluto siculas molitur ad arces
Germani monitu. toruos inuisa iugales
Alecto temone ligat: qui pascua mandunt
Cocyti: spaciisq; herebi nigrantibus errant:
Stagna q; tranquillæ potantes marcida lethes:
Aegra soporatis spumant obliuia linguis
Orneus crudele micans. Ethonisc; sagitta
Ocyor. & Stygii sublimis gloria Nycteus
Armenti. Ditisq; nota signatus Alaster.
Stabant ante fores iuncti: sæuumq; fremebat
Craftina uenturæ spectantes gaudia prædæ

PRAEFATIO SECVNDI LIBRI.

o CIA SOPHISTIS ageret cum cantibus
Orpheus
NEGLECTVMq; DIV DEPOSVIS
SET OPVS:
Lugebant erepta sibi solatia nymphæ.
Lugebant dulces flumina mœsta modos.
Sæua feris natura redit: metuensq; leonem
Implorat citharæ uacca tacentis opem:
Illius & duri fleuere silentia montes

Syluaq; bistoniam sæpe secuta lyram.
Sed postq; inachiis alcides missus ab argis
Thracia pacifero contigit arua pede:
Diraq; sanguinei uertit præsepia regis:
Et diomedæos gramine paut equos.
Tum primæ festo lætatus tempore uates
Desuetæ repetit fila canora lyra:
Et resides leni modulatus pectine neruos
Pollice festiuo nobile duxit ebur.
Vix auditus erat: uenti sternuntur: & undæ:
Pigrior astrictis torpuit hebrus aquis.
Porrexit rhodope sitientes carmina montes.
Excussit gelidas pronior ossa niues.
Ardua nudato descendit populus emo.
Et comitem quercum pinus amica trahit:
Cirrhaæsq; dei quamuis despexerit arces:
Orphei laurus uocibus apta uenit.
Securum blandi leporem fouere molossi:
Vicinumq; lupo præbuit agna latus.
Concordes uaria ludunt cum tigride damæ.
Maffyllam cerui non timuere iubam.
Ille nouercales stimulosq; actusq; canebat
Herculis: & forti monstra subacta manu
Qui timidæ matri pressos ostenderit anguas
Intrepidusq; fero riserit ore puer.
Te neq; dictæas quatiens mugitibus urbes
Taurus: non stygii terruit ira canis.
Non leo sidereos cæli rediturus ad axes.
Non erymanthæi gloria montis aper.
Solutus amazonio cinctus symphalidas arcu
Appetis: occiduo ducis ab orbe greges.
Tergeminiq; ducis numerosos deicis artus:
Et totiens uno uictor ab hoste redis.
Non candere antæo: non crescere profuit hydra.
Non ceruam uolucres eripuerunt pedes.
Caci flamma perit, rubuit busiride nilus.

Prostratis rubuit nubigenis pholoæ
Te libyci timuere sinus. te maximus atlas
Horruit: imposito cum premerere polo.
Firmior herculea mundus ceruice pependit.
Lustrarunt humeros phœbus & astra tuos.
Thracius hæc uates: sed tu tyr rhintius alter
Florentine mihi nam mea plectra moues:
Antraq; musarum longo torpentia somno
Excutis: & placidos ducis ab ore sonos:

LIBER SECVNDVS INCIPIT.

NPVLIT IONIOS PRAEMISSO

i LVmine fluctus
Nūdū pura dies. tremulis uibrat ī ūdis
Ardor: et errātes ludūt p cerula flāmæ.

Iamq; audax animi: fidæiq; oblita parentis
Fraude dionæa riguos proserpina saltus
(Sic parca iussere) petit. tunc cardine uerso
Præfagæ cecinere fores. ter conscia facti
Flebile terrificis gemuit mugitibus æthna.
Nullis illa tamen monstis: nullog; tenetur
Prodigio. comites gressum iūxere sorores.
Prima dolo gaudens: & tanti conscia furti
It uenus: & raptus metitur corde futuros.
Iam durum flexura chaos: iam dite subactos
Ingenti famulos manes ductura triumpho.
Illi multiplices crinis uariatur in orbes
Idalia diuisus acu: sudata marito
Fibula purpureos gemma suspendit amictus.
Candida parrhasii post hanc regina lycæi:
Et pandionæas quæ cuspide protegit arces:
Vtraq; uirgo ruunt hæc tristibus aspera bellis:
Hæc metuenda feris tritonia casside fulua
Calatum pythona gerit: qui summa peremptus
Ima parte uiget: moriens & parte superstes:

Hastæq; terribili surgens per nubila gyro
Instar habet sylvæ: tantum stridentia colla
Gorgonis oblectu pallæ fulgentis obumbrat.
At triuix lenis species: & multus in ore
Fratr erat: phœbiq; genas: & lumina phœbi
Esse putes: solusq; dabat discrimina sexus.
Brachia nuda nitent. leuibus proiecerat auris
Indociles errare comas. arcuq; remisso
Ocia neruus agit. pendent post terga sagittæ.
Crispatur gemino uestis corinthia cinctu
Poplite fusaltenus: motoq; in stamine delos
Errat: & aurato trahitur circumflua ponto:
Quas inter cereris proles: nunc gloria matris:
Mox dolor: æquali tendit per gramina passu:
Nec mēbris nec honore minor: potuitq; uideri
Pallas: si clypeum ferret. si spicula: phœbe.
Collectæ tereti nodantur iaspide uestes.
Pectinis ingenio nunq; felicior arti
Contigit euentus. nulli sic consona telæ
Fila: nec intantum ueri duxere figuram.
Hic hyperionæo solem de semite nasci
Fecerat: & pariter lunam sed dispare forma
Auroræ noctisq; duces cunabula tethys
Præbet: & infantes gremio solatur anhelos:
Ceruleusq; sinus roseis radiatur alumnis.
Inualidum dextro portat titana lacerto
Nondum luce grauem: nec pubescentibus alte
Cristatum radiis. primo clementior æuo
Fingitur: & tenerum uagitu despuit ignem.
Læua parte soror uitrei libamina potat
Vberis: & paruo signantur tempora cornu:
Tali luxuriat cultu: comitantur euntes
Naiades: & focia stipant utrinq; corona.
Quæ fontes erasine tuos: & saxa rotantem
Pantagiam: nomenq; gelan qui præbuit urbi:
Concelebrat: quas pigra uado camerina palustri:

Quas arethusæi latices: quas aduenia nutrit
 Alpheus. cyane totum supereminet agmen:
 Qualis amazonidum peltis exultat ademptis
 Pulchra cohors. quotiens arcton populata uirago
 Hippolyte niueas ducit post prælia turmas:
 Seu flauos strauere getas: seu forte rigentem
 Thermodoontiaca thanaim fregere securi:
 Aut quales referunt baccho solennia nymphæ
 Mœonia: quas hermus alit: ripasq; paternas
 Percurrunt auro madidæ. lætatur in antro
 Amnis: & undantem declinat prodigus urnam.
 Viderat herbofo sacrum de uertice uulgus
 Aetna parens florum: curuaq; in ualle sedentem
 Compellat zephyrum. pater o gratissime ueris.
 Qui mea lasciuis regnas per prata meatu:
 Semper & assiduis irroras flatibus annum:
 Respice nympharum coetus: & celsa tonantis
 Germina per nostros dignantia ludere campos.
 Nunc adsis: faueasq; precor: nunc omnia foetu
 Pubescant uirgulta uelis: ut fertilis hybla
 Inuideat: uinci q; suos non abnuat hortos.
 Quicquid thuriferis spirat panchaia syluis.
 Quicquid odoratus longe blanditur hidaspes:
 Quicquid ab externis ales longæua colonis
 Colligit optati referens exordia sæcli
 In uenas disperge meas: & flammine largo
 Rura fove: ut merear diuino pollice carpi:
 Et nostris cupiant ornari numina fertis.
 Dixerat. ille nouo madidantes nectare pennas
 Concutit: & glebas foecundo rore maritat:
 Quaq; uolat: uernus sequitur color omis i herbas
 Turget humus: medioq; patent conuexa sereno
 Sanguineo splendore rosas: uacinia nigro
 Induit & dulci uiolas ferugine pingit.
 Parthica quæ tantis uariantur cingula gemmis
 Regales iunctura sinus: quæ uellera tantum

Ditibus assyrii spumis fuscantur aheni:
Non tales uolucris pandit iunonia pennas
Nec sic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hyems: cum tramite flexo
Semita discretis interuiet humida nimbis.
Forma loci superat flores: curuata tumore
Paruo planicies: & mollibus edita cliuis
Creuerat in collem: uisus de pumice fontes
Rosida mobilibus lambebant gramina riuus:
Syluaq; torrentes: ramorum frigore soles
Temperat: & modico brumam sibi uedicat æstu
Apta fretis abies: bellis accommoda cornus:
Quercus amica ioui: tumulos tectura cupressus:
Ilex plena fauis: uenturi præscia laurus
Fluctuat hinc denso crispata cacumine buxus:
Hic edera serpunt: hic pampinus induit ulmos.
Haud procul inde lacus: (pergum dixere sicani).
Panditur: & nemorum frondoso margine cinctus
Vicinis palefcit aquis. admittit in altum
Cernentes oculos: & late peruius humor
Ducit inoffensos liquido sub gurgite uisus:
Imaq; perspicui prodit secreta profundi.
Huc elapsa cohors gaudet: per florea rura:
Hortatur cytherea legant: nunc ite sorores
Dum matutinis præsudat solibus aer:
Dum meus humectat flauentes lucifer agros
Roranti prouectus equo sic fata doloris
Carpit signa sui. uarios tunc cætera saltus
Inuasere cohors. credas examina fundi
Hyblæum raptura thymū cū cærea reges
Castra mouent: fagiq; cauo demissus ab aluo
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis:
Prætorum spoliatur honos: hæc lilia fuscis
Intexit uiolis hanc mollis amaracus ornat:
Hæc graditur stellata rosis: hæc alba ligustris:
Te quoq; flebilibus mœrens Iacynthe figuris.

Narcisumq; metunt: nunc inclyta gramina ueris:
Præstantes olim pueros: tu natus amyclis:
Hunc helicon genuit: te disci perculit error:
Hunc fontis decepit amor. te fronte retusa
Delius: hunc fracta cephisus arundine luget:
Aestuat ante alias auido feruore legendi
Frugiferæ spes una deæ: nunc uimine textos
Ridentes calathos foliis agrestibus implet:
Nunc sociat flores seseq; ignara coronat
Augurium fatale tori: quippe ipsa tubarum
Armorumq; potens: dextram qua fortia turbat
Agmina: qua stabiles portas & mœnia uellit
Iam leuibus laxat studiis: hastamq; reponit
Insolitq; docet galeam mitescere fertis:
Ferratus lasciuit apex: horrorq; recessit
Martius: & cristæ placato fulgure uernant
Hæc quoq; parthenium canibus scrutatur odoris
Aspernata thoros: libertatemq; comarum
Iniecta uoluit tandem frenare corona.
Talia uirgineo passim dum more geruntur:
Ecce recens mugire fragor: conflare turres:
Pronaq; uibratis radicibus oppida uerti.
Causa latet. dubios agnouit sola tumultus
Diua paphi. mixtoq; metu perterrita gaudet.
Iamq; per anfractus animarum rector opacos
Sub terris quærebat iter: grauiusq; gementem
Enceladum calcabat equis. immania lundunt
Membra rotæ. pressaq; graui ceruice laborat
Sicaniam cum dite ferens. tentatq; moueri
Debilis: & fessis serpentibus impedit axem
Fumida sulfureo prolabitur orbita dorso:
Ac uelut occultus securum prodit in hostem
Miles: & effosi subter fundamina campi
Transilit inclusos arcano limite muros:
Turbaq; deceptas uictrix erumpit in arces
Terrigenas imitata uiros: sic tertius hæres

Saturni tenebrosa uagis rimatur habenis
Deuia: fraternal cupiens exire sub orbem.
Ianua nulla patet. prohibebant undiq; rupes
Opposita: duraq; deum compage tenebant
Non tulit ille moras: indignatusq; trabali
Saxa ferit sceptro. sicalæ sonuere cauernæ
Turbatur liparis. stupuit fornace relicta
Mulciber: & trepidus deiecit fulmina cyclops.
Audiit: & si quem glacies alpina coerces:
Et qui te latis nondum præcincte trophæis
Tybri natat: missamq; pado qui remigat alnum
Sic cum thessaliam scopulis inclusa teneret
Peneo stagante palus: & mersa negaret
Arua coli: trifida neptunus cuspidē montes
Impulit aduersos. tum forti saucius ictu
Diffiluit gelido uertex ossæus olympo.
Carceribus laxantur aquæ: fractosq; meatu
Redduntur fluuiiq; mari: tellusq; colonis.
Postquam uicta manu duos trinacria nexus
Solut: & immenso late diceffit hiatus:
Apparet subitus celo timor: astra uiarum
Mutauere fidem: uetito se proluit arctos
Aequore. præcipitat pigrum formido booten.
Horruit orion: audito palluit atlas
Hinnitu. rutilos obscurat anhelitus axes
Discolor: & longa solitos caligine pasci.
Terruit orbis equos: pressis hæserē lupatis
Attoniti meliore polo: rursusq; uerendum
In chaos obliquo pugnant temone reuerti.
Mox ubi pulsato senserunt uerba tergo:
Et solem didicere pati: torrentius amne
Hyberno: totaq; ruunt perniciosus hasta.
Quantum non iaculum parthi nō ipetus austris:
Non leue sollicitæ mentis discurret acumen:
Sanguine frena calent: corrumpit spiritus auras
Lethifex. infectæ spumis uitiantur arenæ

Diffugiunt nymphae. rapitur proserpina curru:
Imploratq; deas: iam gorgonis ora reuelat
Pallas: & intento festinat delia cornu.
Nec patruo cedunt. stimulat communis in arma
Virginitas: crimenq; feri raptoris acerbat.
Ille uelut stabuli decus armenti q; iuuenca
Cum leo possedit: nudataq; pectora fodit
Vnguibus: & rabiem totos exegit in armos:
Stat crassa turpis sanie: nodosq; iubarum
Excutit: & uiles pastorum despicit iras.
Ignaui dor itor mundi teterrime fratrum
Pallas ait: quæ te stimulis facibusq; prophanis
Eumenides mouere tuæ? cur sede relicta
Audes tartareis mundum incæstare quadrigis.
Sunt tibi deformes diræ: sunt altera lethes
Flumina. sunt tristes furia te coniuge dignæ.
Fratris linque domos: alienam deferere sortem:
Nocte tua contentus abi: quid uiua sepultis
Admises? nostrum quid pteris aduena mûdû?
Talia uociferans auidos transire minaci
Cornipedes umbone ferit: clypei q; retardat
Obice: gorgoneisq; premens affibilat hydri:
Prætentaq; operit crista: libratur in ictum
Fraxinus: & nigros illuminat obuia currus.
Missaq; pene foret: ni iuppiter æthere summo
Pacificas rubri torsisset luminis alas.
Confessus generum nimbis hymenæus hyulcis
Intonat: & testes firmant connubia flammæ.
Inuitæ cessere deæ. compescuit arcum
Cum gemitu: talesq; dedit latonia uoces.
Sis memor: o longumq; uale: reuerentia patris
Obstitit auxilio: nec nos defendere contra
Possumus. imperio uinci maiore fatemur.
In te coniurat genitor: populoq; silenti
Traderis: heu cupidas non aspectura sorores.
Aequalesq; choros: quæ te fortuna supernis

Abstulit? & tanto damnavit sidera luctu.
Iam neq; patheniis innectere retia lustris:
Nec pharetram gestare libet. securus ubiq;
Spumet aper: sæuiq; fremant impune leones.
Te iuga taygeti: posito te mænala flebunt
Venatu: mœstoq; diu lugebere cyntho.
Delphica quinetiam fratris delubra tacebunt.
Interea uolucris fertur proserpina curru
Cæsariem diffusa noto: planctuq; lacertos
Verberat: & quæstus ad nubila fundit inanes.
Cur non torsisti manibus fabricata cyclopum
In nos tela pater? sic me crudelibus umbris
Tradere? sic toto placuit depellere mundo?
Nulla ne te flectit pietas? nullumue paternæ
Mentis inest? tantas quo crimine mouimus iras.
Nō ego te cōtra: quateret cū phlegra tumultu:
Signa deis aduersa tuli: non robore nostro
Ossa pruinofum nex it glacialis olympum
Quod conata nefas? aut cuius conscia culpæ
Exul ad immanes herebi detrudor hiatus?
O fortunatas: alii quascunq; tulere
Raptores: saltem communi luce fruuntur.
Sed mihi uirginitas: pariterq; cælumq; negatur:
Eripitur cum luce pudor: terrisq; relictis
Infelix stygio ducor captiua tyranno.
O male dilecti flores: despectaq; matris
Consilia: o ueneris deprensæ serius artes.
Mater io: seu te phrygiis in ualibus idæ
Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu.
Seu tu sanguineis ululantia dindima gallis
Incolis: & strictos curetum deseris enses:
Exitio succurre meo: compesce furentem:
Comprime ferales torui prædonis habenas:
Talibus ille ferox dictis: fletuq; decoro
Vincitur: & primi suspiria sentit amoris.
Tunc ferugineo lachrymas detexit amictu:

Et placida moestum solatur uoce dolorem:
Desine funestis animum proserpina curis.
Et uano uexare metu: maiora dabuntur
Sceptra: nec indigni tædas patiere mariti
Illa ergo saturni proles: cui machina rerum
Seruit: & immensum tendit per inane potestas:
Amissum ne crede diem. sunt altera nobis
Sidera: sunt orbes alii: lumenq; uidebis
Purius: elysiosq; magis mirabere campos.
Cultoresq; pios. illic preciosor ætas:
Aurea progenies habitat: semperq; tenemus:
Quod superi meruere semel: nec mollia defunt
Prata tibi: zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores: quos nec tua protulit ætna.
Est etiam lucis arbor prædiues opacis
Fulgentes uiridi ramos curuata metallo.
Hæc tibi sacra datur: fortunatumq; tenebis.
Autumnus. & fuluis semper ditabere pomis.
Parua loquor. quicquid liquidus cõplectitur aer:
Quicquid alit tellus: quicquid maris æquora uerrût:
Quod fluuii uoluunt: quod nutriuere paludes:
Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis
Lunari subiecta globo: qui septimus auras
Ambit: & æternis mortalia separat astris.
Sub tua purpurei uenient uestigia reges
Deposito luxu turba cum paupere mixti.
Omnia mors æquat. tu damnatura nocentes:
Tu requiem latura piis. te iudice fontes
Improba cogentur uitæ commissa fateri.
Accipe lethæo famulas cum gurgite parcas.
Sit fatum quodcunq; uelis. hæc fatus ouantes
Exhortatur equos: & tartara mitior intrat.
Conueniunt animæ quantas truculentior aufer
Decutit arboribus frõdes: aut nubibus hymbres
Colligit: aut frangit fludus: aut torquet arenas:
Cunctaq; præcipiti stipantur tartara cursu.

Insignem uisura nurum. mox ipse serenus
Ingreditur facili passus mollescere risu:
Dissimilisq; sui dominis intransibus ingens
Assurgit Phlegeton. flagrantibus hispida riuus
Barba madet: totoq; fluunt incendia uultu.
Occurrunt propere lecta de plebe ministri.
Pars altos reuocant currus: frenisq; solut is
Vertunt emeritos ad pascua nota iugales.
Pars aulea tenent. alii prætexere ramis
Limina: & in thalamis cultas extollere uestes.
Reginam casto cinxerunt agmine matres
Elysia: tenerosq; leuant sermone dolores:
Et sparsos religant crines: & uultibus addunt
Flammea sollicitum præuellatura pudorem.
Pallida lætatur regio: gentesq; sepultæ
Luxuriant: epulisq; uacant genialibus umbræ.
Grata coronati peragunt conuiuia manes.
Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus.
Sedantur gemitus herebi. se sponte relaxat
Squalor: & æternam patitur rarefcere noctem:
Vrta nec incertas uersat minoia sortes.
Verbera nulla sonāt: nulloq; frementia luctu
Impia dilatis respirant tartara pœnis.
Non rota suspensum præceps ifiona torquet.
Non aqua tantalicis subducitur inuida labris.
Soluatur ixion: inuenit tantalus undas.
Et tityus tandem spaciosos erigit artus:
Squalentisq; nouem detexit iugera campi.
Tantus erat: laterisq; piger fulcator opaci.
Inuitus trahitur lasso de pectore uultus:
Abreptasq; dolet iam non sibi crescere fibras.
Oblitæ scelerum: formidatiq; furoris.
Eumenides cratera parant: & uina feroci
Crine bibunt: flexisq; minis iam lene canentes
Extendunt socios ad pocula plena cerastas
Ac festas alio succendunt lumine tædas.

Tunc & pestiferi pacatum limen auerni
 Innocuæ transiſſis aues: flatumq; reſſit
 Anfractus: tacuit fixo torrente uorago:
 Tunc acherontæos mutato gurgite fontes
 Lactæ nouo tumuiſſe ferunt: hederiſq; uirentem
 Coccyton dulci perhibent ſtagnaſſe lyæo.
 Stamina non rupit lachæſis: nec turbida ſacris
 Obſtrepitât lamenta choris. mors nulla uagatur
 In terris: nulliq; rogum planxere parentes.
 Nauita non moritur fluctu: non cuspide miles:
 Oppida funerei pollent immunia lethi.
 Impexosq; ſenex uelauit arundine erines
 Portitor: & uacuos egit cum carmine remos:
 Iam ſuus inferno proceſſerat heſperus orbi:
 Ducitur in thalamum uirgo. ſtat pronuba iuxta
 Stellantes nox picta ſinus: tangenſq; cubile
 Omnia perpetuo genitalia fœdere ſanxit:
 Exultant cum uoce pii: ditifq; ſub aula
 Talia peruigili ſumunt exordia plauſu:
 Noſtra parens iuno: tuq; o germane tonantis:
 Et gener: unanimis conſortia ducite ſomni:
 Mutuaq; alternis innectite colla lacertis.
 Iam felix oritur proles: iam læta futuros
 Expectat natura deos: noua numina rebus
 Addite: & optatos cereri proferte nepotes.

PRAEFATIO TERTII LIBRI.

OMNIA: QVAE SENSU VOLUNT
 tur uota diurno:
 TEMPORE NOCTVRNO reddit
 amica quies.
 Venator deſeſſa thoro cum membra reponit:
 Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.
 Iudicibus lites: aurigæ ſomnula currus:
 Vanaq; nocturnis meta cauetur equis.

Gaudet amans furto. permutat nauita merces:
Et uigil elapsas quærit auarus opes.
Blandaꝫ largitur frustra sitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoꝫ musarum studium sub nocte silenti
Artibus assiduus sollicitare solet.
Namꝫ poli media stellantis in arce uidebar
Ante pedes summi carmina ferre Iouis
Vtꝫ fauet somnus: plaudebant numina dictis:
Et circumfusi sacra corona chori:
Encheladus mihi carmen erat: uictusꝫ typhœus
Hunc premit inarime: hūc grauis ætna domat.
Quam latus post bella iouem suscepit æther
Phlegrææ referens præmia militiæ:
Additur ecce fides: nec me mea lusit imago:
Irrita nec falsum somnia misit ebur.
En princeps: en orbis apex æquatur olympo.
En quales memini turba uerenda deos.
Fingere nil maius potuit sopor: altaꝫ menti
Conuentum cælo præbuit aula parem.

TERTIVS LIBER INCIPIT.

i VPPITER INTEREA CINCTAM
thaumantida nimbis
IRE IVBET: TOTOꝫ DEOS AC
CERSERE mundo.

Illa colorato zephyros transgressa uolatu
Numina conclamat pelagi: nymphasꝫ morâtes
Increpat: & fluuios humentibus euocat antris.
Ancipites trepidiꝫ ruunt: quos causa quietos
Excierit. tanto quæ res agitanda tumultu.
Vt patuit stellata domus: considerare iussi.
Non confusus honor. cælestibus ordine sedes
Prima datur. tractum procures tenere secundū
Aequorei. placidus nereus: & lucida phorci

Canicies. glaucum series extrema biformem
Accipit: & certo mansurum prothea uultu:
Necnon & senibus fluuiis concessa sedendi
Gloria: plebeo stat cætera more iuuentus.
Mille annes liquidis incumbunt patribus. uadæ
Naiades & placidi mirantur numina fauni:
Tum gravis ex alto genitor sic orsus olympo.
Abduxere meas iterum mortalia curas
Iam pridem neglecta mihi: saturnia possi
Ocia: & ignaui senium cognouimus æui.
Sopitosq; diu populos sopore paterno
Sollicitæ placuit stimulos impellere uitæ:
Incultus ne sponte seges grandesceret aruis:
Vndaret neu sylua fauis: neu uina tumerent
Fontibus: & totæ fremerent in pocula ripæ.
Aut equidem inuideo: (nec enim liuescere fas est:
Vel nocuisse deos:) sed quod dissuasor honesti
Luxus: & humanas oblimat copia mentes.
Prouocet ut segnes animos: rerumq; remotas
Ingeniosa uias paulatim exploret egestas:
Vtq; artes pariat solertia: nutriat usus.
Nunc mihi cum magnis instat natura querelis
Humanum releuare genus: dirumq; tyrannum.
Immitemq; uocat: regnataq; sæcula patri
Commemorat. parcumq; Iouem se diuite clamat.
Cur campos horrere situ: dumisq; repleti
Rura uelim: nullis exornem fructibus annum?
Semina quæ nutrix mortalibus ante fuisset
In diræ subito mores transisse noueræ:
Quid mentem traxisse polo? quid profuit altum
Erexisse caput: pecudum si more pererrant
Auiæ? si frangunt cōmunia pabula glandes?
Hæccine uita iuuat syluestribus abdita lustris
Indiscreta feris. tales cum sæpe parentis
Pertulerim quæstus: tandem clementior orbi
Chaonio statui gentes auertere uictu:

Atq; adeo cererem: quæ nunc ignara malorum
Verberat idæos torua cum matre leones:
Per mare: per terras auido duscurre luctu
Decretum donec natæ latata repertæ
Indicio tribuat fruges: currusq; feratur
Nubibus: ignotas populis sparsurus aristas:
Et iuga cerulei subeant ætæa dracones.
Quod si quis cereri raptorem prodere diuum
Audeat: imperii molem pacemq; profundam
Obtestor rerum: natus licet ille. sororue:
Vel coniunx fuerit: natarumue agminis una:
Se licet illa meo conceptam uertice iactet:
Sentiet iratum procul ægida: sentiet ictum
Fulminis: & genitum diuina sorte pigebit.
Optabitq; mori. tunc uulnere languidus ipsi
Tradetur genero: passurus prodita regna:
Et sciet an propriæ conspirent tartara causæ.
Hoc sanctum. mansura fluant hoc ordine fata:
Dixit: & horrendo concussit sidera motu.
At procul armissi cererem sub rupibus antri
Securam placidamq; diu iam certa peracti
Terrebant simulacra mali: noctesq; timorem
Ingeminant: omniq; perit proserpina somno.
Namq; modo immixtis inuadi uiscera telis:
Nunc sibi mutatas horret nigrescere uestes:
Nunc steriles mediis frondere penatibus ornos.
Stabat præterea luco dilectior omni
Laurus: uirgineos quæ quondam fronde pudica
Umbrabat thalamos. hanc imo stipite cæsam
Vidit: & incompertos fœdari puluere ramos:
Quæsiuitq; nefas. driades dixere gementes
Tartarea furias debellauisse bipenni.
Sed tunc ipsa sui: iam non ambagibus ullis
Nuncia materno facies inserta sopori.
Namq; uidebatur tenebroso obtecta recessu
Carceris: & sauis proserpina uincta catenis.

Non qualem siculis olim mandauerat aruis:
Nec qualem roseis nuper conuallibus ætnæ
Suspexere dex. squalibat pulchrior auro
Cæsaries: & nox oculorum infecerat ignes:
Exhaustusq; gelu pallet rubor: ille superbi
Flammeus oris honos: & non cessura pruinis
Membra colorantur picei caligine regni.
Ergo hanc ut dubio uix tandem agnoscere uultu
Eualuit. cuius tot poenæ criminis inquit.
Vnde hæc informis macies? cui tanta potestas
In me sæuicia est: rigidi cur uincula ferri
Vix aptanda feris molles meruere lacertis?
Tu mea tu proles? an uana fallimur umbra?
Illa refert: heu dira parens: natæq; peremptæ
Immemor: heu fuluas aio trāsgressa leænas
Tanta ne te nostri tenuere obliuia? tantum
Vnica despicior? certe proserpina nomen
Dulce tibi: tali quæ nunc: ut cernis: hiatu
Suppliciis inclusa feror. tu sæua choreis
Indulges: phrygiaq; etiamnū interstrepis urbes.
Quod si non omnem pepulisti pectore matrem:
Si tu sancta ceres: & te non caspia tigris
Edidit: his oro miseram defende catenis:
Inq; superna refer. prohibent si fata reuerti:
Vel saltem uisura ueni. sic fata tremantes
Tendere conatur palmas. uis in proba ferri
Impedit: & motæ somnum excussere catenæ:
Obriguit uisis. gaudet non uera fuisse.
Complexu caruisse dolet. penetralibus amens
Profiliit: & tali compellat uoce cybellem
Iam non ulterius phrygia tellure morabor
Sancta parens. reuocat tandem custodia chari
Pignoris. & cunctis obiecti fraudibus anni.
Non mihi cyclopum quanuis extracta caminis
Culmina fida satis timeo ne fama latebras
Prodiderit: leuiusq; meum trinacria cælet

Deposita: terret nimium uulgata locorum
Nobilitas: aliis sedes obscurior oris
Exquirenda mihi gemitu flammisq; propinquis
Enceladi nequeunt umbracula nostra taceri.
Somnia quinetiam uariis infausta figuris
Sæpe monent: nullusq; dies non triste minatur
Augurium: quotiens flauentia ferta comarum
Sponte cadunt: quotiēs exudat ab ubere sanguis:
Larga uel inuito prorumpunt flumina uultu:
Immissæq; manus mirantia pectora tundunt.
Si buxos inflare uelim: ferale gemiscunt
Tympana si quatiā plāctū mihi tympana reddūt.
Ah uereor ne quid portendant omina ueri
Ne longæ nocuere moræ: procul irrita uenti
Dicta ferant. subiicit cybele non tanta tonanti
Segnicies. ut non pro pignore fulmina mittat.
I tamen: & nullo turbata reuertere casu.
Hæc ubi digreditur templis: sed nulla tuenti
Mobilitas: tardos que. itur non ire iugales.
Immeritasq; mouens alterno uerbere poenas
Sicaniam quærit cum necdum ascenderit idam.
Cuncta pauet: speratq; nihil. sic æstuat ales:
Quæ teneros humili foetus commiserit orno
Allatura cibos: & plurima cogitat absens:
Ne gracilem uentus dicufferit arbore nidum:
Ne furtum iaceant homini: neu præda colubris.
Ut domus excubiis incustodita remotis:
Et resupinati neglecto cardine postes
Flebilis: & tacitæ species apparuit aulae:
Non expectato respectu cladis amictus
Conscidit: & fractas cum crine auellit aristas
Hferunt: lachryme: nec uox aut spiritus oris
Redditur. atq; imis uibrat tremor ossa medulis.
Succidui titubant gressus: foribusq; reclusis:
Dum uacuas sedes: & desolata pererrat
Atria: semirutas confuso stamine tellas:
Atq; interceptas agnoscit pectinis artes.

Diuinus perit ille labor: spaciūq; relictum
Audax sacrilego supplebat aranea textus:
Nec deflet: plangitq; malum: tamen oscula telæ
Figit: & abrumpit mutas in fila querelas:
Attritosq; manu radios: proiectaq; pensa:
Cunctaq; uirgineo sparsa oblectamina ludo.
Ceu natam pressat gremio: castumq; cubile
Desertosq; thoros: & sicubi federat olim
Perlegit. attonitus stabulo ceu pastor inani:
Quem lupo aut rabies penorum inopina leonū:
Aut populatrices infestauere cateruæ.
Serus at ille redit: uastataq; pascua lustrans
Non responsuros ciet: imploratq; iuuenços.
Atq; ibi secreta testorum in parte iacentem
Aspicit electram: natæ quæ sedula nutrix
Oceani priscas inter notissima nymphas
Par cereri pietas: hæc post cunabula dulci
Ferre sinu: summoq; ioui deducere paruum
Suenerat. & genibus ludentem aptare paternis.
Hæc comes: hæc custos: hæc proxima mater hēri.
Tum laceras effusa comas: & puluere canos
Sordida fidereæ raptus lugebat alumna.
Hanc aggressa ceres postquam suspiria tandem
Laxauit frenosq; dolor: quod cernimus inquit
Excidium? cui præda feror? regnatne maritus?
Iam cælum titanes habent? quæ talia uiuo
Ausâ tonante manus? rupit ne tiphoeia ceruix
Inarimen? fracta ne iugi compage uesteui
Alcyoneus per stagna pedes tyrrhena cucurrit?
An uicina mihi quassatis faucibus ætna
Protulit enceladum? nostros an forte penates
Appetiit centum briareia turba lacertis?
Heus ubi nunc ē nata mihi? quo mille ministræ?
Quo cyanæ? uolucres quæ uis sirenas abegit?
Hæccine uestra fides? hic fas aliena tueri
Pignora? contremuit nutrix: mœmrorq; timori

Cessit: & aspectus miseræ non ferre parentis
Emptum morte uelit: longūq; immota moratur
Auctorem dubium: certūq; expromere funus.
Vix tamen hæc. acies utinam uexana gigantum
Hanc dederit cladem. leuius communia tangunt;
Sed diuæ: multoq; minus quod rere sorores
In nostras nimium coniurauere ruinas.
Insidias superum: cognataq; uulnera cernis
Inuidiæ phlegma nobis incensior æther.
Florebat tranquilla domus: nec limina uirgo
Linquere: nec uirides audebat uisere saltus
Præceptis obstricta tuis: telæ labor illi
Syrenes requies: sermonum gratia mecum;
Mecum somnus erat. casti simul atria ludi.
Cum subito (quonā dubium mōstrāte tenebras
Præscierit) cytherea uenit: suspectaq; nobis
Ne foret: hinc phœben comites: hīc pallada iūxit
Protinus effuso lætam se fingere risu
Nec semel amplecti nomenq; iterare sororis:
Et dura de matre queri: quæ tale recessu
Maluerit damnare decus: ueritamq; dearum
Colloquio: patriis procul absentauerat astris
Nostra rudis gaudere malis: & nectare largo
Instaurare dapes. nunc arma habitūq; dianæ
Induitur: digitis attentat mollibus arcum.
Nunc crinita iubis galeam laudante minerua
Implet: & ingentem clypeum gestare laborat.
Prima uenus campos ætænæq; rura maligno
Ingerit affatu: uicinos callida flores
Ingeminat: meritumq; loci uelut inscia quærit.
Nec credit: q; bruma rosas innoxia seruet:
Quod gelidi rubeant alieno gramine menses.
Verna nec iratum timeant uirgulta bootem.
Dum loca miratur: studio dum flagrat eundi.
Persuadet teneris heu lubrica moribus ætas
Quos ego nec quicq; planctus? quas irrita fudi
Ore preces: ruit illa tamen confisa sororum

Præsidio famulæ longo post ordine nymphæ.
Itur in æterno uestitos gramine campos.
Et prima sub luce legunt: cum rore serenus
Alget ager: sparsosq; bibunt uiolaria succos.
Sed postq; medio sol altior astitit orbe:
Ecce polum nox alta rapit: tremefactaq; nutat
Insula cornipedum strepitu: cursuq; rotarum:
Nosce nec aurigam licuit: seu mortifer ille:
Seu mors ipsa fuit. lutor permansit in herbis.
Deficiunt riui. squalent rubigine prata.
Et nihil afflatum uiuit: pallere ligustra:
Expirare rosas: decrescere lilia uidi.
Vt reduces rauco tractu detraxit habenas:
Nox sua prosequitur currum: lux redditur orbi.
Persephone nulla est: uoto rediere peracto
Nec mansere deæ: mediis inuenimus aruis
Exanimen cyanen. ceruix redimita iacebat:
Et caligantes marcebant fronte coronæ.
Aggredimur subito: casus scitamus heriles.
(Nam propior cladi steterat) q; uultus equorum?
Quis regat? illa nihil tacito. sed lapsa ueneno
Soluitur in laticem. subrepsit crinibus humor:
Liquitur: in roremq; pedes: & brachia manant:
Nostraq; mox lambit uestigia perspicuus fons:
Discedunt aliæ rapidis acheloides alis
Sublatæ: siculi latus obsedere pelori:
Accensæq; malo iam non impune canoras
In pestem uertere lyras. uox blanda carinas
Alligat. audito frenantur carmine remi.
Sola domi luctu senium tractura relinquitur.
Mœret adhuc suspensa ceres: & singula demens:
Ceum nondū transacta timet. mox lumina torquēs
Vultu ad cælicolas furiato pectore fertur.
Arduus hyrcana quatitur sic matre niphates:
Cuius achemenio regi ludibria natos
Auexit tremebundus eques. fremit illa marito

Mobilior zephiro: totamq; uirentibus iram
Disperfit maculis: nimiumq; haustura profundo
Ore uirum uitreae tardatur imagine formæ.
Haud aliter genitrix toto bacchatur olympo:
Reddite uociferans: non me uagus edidit amnis.
Non driadum de plebe sumus: turrata cybelle
Me quoq; saturno genuit: quo iura deorum?
Quo leges cecidere poli? quid uiuere recte
Proderit? en audet noti cytherea pudoris
Ostentare suos post lemnia uincula uultus?
Hos animos bonus ille sopor? castumq; cubile
Præbuit? amplexus hoc promerueret pudici?
Nec mirum: si turpe nihil post talia ducit.
Quid uos expertes thalami? tantum ne relictis?
Virginitatis honos? tantum mutata uoluntas?
Iam ueneri: & sociis uinctæ raptoribus itis.
O templis scythiæ: atq; hominem sitientibus aris
Vtraq; digna coli: tanti quæ causa furoris?
Quam mea uel dicto tenui proserpina læsit,
Scilicet hæc charis pepulit te delia syluis
Aut tibi commissas rapuit tritonia pugnæ.
An grauis alloquio uestros an forte: petebat
Importuna choros? at quæ trinacria longe
Esset ne nobis oneri: deserta colebat.
Quid latuisse iuuat? rabiem liuoris acerbi
Nulla potest placare dies. his increpat omnes
Vocibus. ast illæ (prohibet reuerentia patris:)
Aut reticent: aut nosce negant: responsaq; matri:
Dât lachrymas. qd agat: rursus se uicta remittit.
Inq; humiles demissa preces: ignoscite siquid
Intumuit pietas; si quid flagrantibus actum est.
Quam decuit miserâ: supplex miserandaq; uestris
Aduoluor genibus: liceat cognoscere sortem.
Hoc tantum. liceat certos habuisse furores
Si reparet quoq; forma mali: quamcunq; dedistis
Fortunam: sit rapta feram: fatumq; putabo.
Non scelus. aspectum precor indulgete parenti.

Non repetam quæ sita manu securus habeto
Quisquis es affirmo prædam: desiste uereri.
Quod si uos aliquo præuenit munere raptor:
Tu certe latona refer: confessa diana:
Forte tibi. nosti quid sit lucina: timorq;
Pro genitis: & quantus amor: partusq; tulisti
Tu geminos. hæc una mihi: sic crine fruaris
Semper apollineo: sic me felicior æuū
Mater agas. largis tūc hymbribus ora madescūt.
Quid tantum dignum fleri. dignumq; taceri?
Heu mihi: discedunt omnes: quid uana moraris
Vt iterius? non bella palam cælestia sentis?
Quin potius natam pelago terrisq; requiris?
Accingar lustrare diem per deuia rerum
Indefessa ferar: nulla cessabitur hora.
Non requies: non somnus erit: dū pignus adēptū
Inueniam: gremio quanuis mergatur iberæ
Tethvos: & rubro iaceat uelata profundo.
Non rheni glacies: non me ryphæa tenebunt
Frigora: non dubio syrtis cunctabitur æstu.
Stat fines penetrare noti: boreæq; niualem
Vestigare domum. primo calcabitur atlas
Occasu: facibusq; meis lucebit hidas pes
Impius errantem uideat per rura per urbes
Iuppiter: extincta fatietur pellice iuno.
Insultate mihi: cælo regnate superbi.
Ducite præclarum cereris de stirpe. triumphum.
Sic fatur. notæq; iugis illabitur ætnæ
Noctiuago tædas inflammatura labori
Lucus erat prope flumē atym: quod cādida pfert
Sæpe mari: pulchroq; secat galatea natatu:
Densus & innexis ætnæa cacumina ramis
Qualibet usq; tegens: illic posuisse cruentam
Aegida: captiuamq; pater post proelia prædam
Aduexisse datur: phlegæis sylua superbit
Exuuiis: totum uestit uictoria nemus.
Hic patuli rictus. hic prodigiosa gigantum

Tergora dependent: & adhuc crudele minatur
Affixæ facies truncis: immaniaq; ossa
Serpentum passim tumulis exanguibus albent:
Et rigida multo suspirant fulmine pelles:
Nullaq; non magni iactat se nominis arbor.
Hæc centum gemini strictos ægeonis enses
Curuata uix fronte leuat: liuentibus illa
Exultat caci spoliis. hæc arma minantis
Sustinet. hos onerat ramos exutus ophias.
Altior & cunctis abies: umbrosa; late
Ipsius enceladi fumantia gestat opima
Summi terrigenum regis: caderetq; grauata
Pondere: ni lapsum fulciret proxima quercus
Inde timor: numenq; loco: nemorisq; senectæ
Parcitur: æthereisq; nefas nocuisse trophæis
Pascere nullus oues: nec robora lædere cyclops
Audet: & ipse fugit sacra polyphemus ab umbra.
Non tamen hoc tardata ceres: accenditur ultro
Religione loci: uibratq; incerta securim.
Ipsam etiam petitura iouem: succidere pinus.
At magis enodes properat prosternere cedros:
Exploratq; abies: truncos: rectiq; tenorem
Stipitis: & certo prætentat brachia nixu.
Sic qui uesturus longinqua per æquora merces
Molitur tellure ratem: uitamq; procellis
Obiectare parat: fagos metitur: & alnos:
Et uarium rudibus syluis accomodat usum.
Quæ longa est tumidis præbebit cornua uelis
Quæ fortis: clauo potior: quæ lenta: fauebit
Remigio. stagni patiens aptanda carinæ.
Tollebant geminæ capita inuololata cupressus
Cespite uicino: quales non rupibus idæ
Miratur symois: quales non diuite ripa
Lambit apollinei nemoris nutritor orontes
Germanas adeo credas: sic frondibus æquis
Astant: & socio despectant uertice lucum
Hæc placuere faces. pernix inuadit utramq;

Cincta sinus: exerta manus: armata bipenni:
Alternasq; ferit: totisq; obnixa tremantes
Viribus impellit. pariter traxere ruinam:
Et pariter posuere comam: campoq; recumbūt:
Faunorum driadumq; dolor. cōplectitur ambas:
Sicut erat: alteq; leuat: retroq; solutis
Crimibus: ascendit fastigia montis anheli.
Exuperatq; æstus: & nulli peruia saxa:
Atq; indignantes uestigia calcat arenas.
Qualis pestiferas animare ad crimina taxos
Torua megæra ruit: cadmi seu mœnia poscat:
Siue thyestæis properet sœuire mycænis.
Dant tenebræ manesq; locum: plantisq; resultant
Tartara ferratis donec phlegetontis in unda
Constitit: & plenos accepit lampade fluctus.
Postq; est peruentū scopuli flagrantis in ora.
Proti nus arsuras auersa fronte cupressus
Faucibus iniecit mediis: lateq; cauernas
Texit: & undantem flāmarum obstruxit hiatum
Compresso mons igne tonat claususq; laborat
Mulciber: obducti nequeunt exire uapores
Coniferi micuere apices: creuitq; fauillis
Aetna uouis: strident admissio sulfure rami.
Tum ne deficerent tantis erroribus ignes
Semper in occiduos insopitosq; manere
Iussit: & arcano perfudit robora succo:
Quo phaeton irrorat equos: quo luna iuuenos.
Iamq; soporiferis nocturna silentia terris
Explicuere uices laniato pectore longas
Inchoat illa uias: & sic ingressa profatur.
Non tales gestare tibi proserpina tædas
Sperabam: sed nota mihi communia matrum:
Et thalami: festæq; faces: cæloq; canendus
Ante oculos hymenæus erat. sic numina fati
Voluimur & lachesis nullo discrimine sœuit.
Quam nuper sublimis erā? quātisq; procorum
Cingebar studiis? quæ nō mihi pignus ob unum

Cedebat numerosa parens. tu prima uoluptas.
Tu postrema mihi. per te fecunda uidebar.
O decus: o requies: o grata superbia matris:
Qua gessi florente deam qua sospite nunq̃
Inferior iunone fui. nunc squalida: uilis.
Hoc placitum patri: cur autem ascribimus illum
His lachrymis: ego te fateor crudelis ademi:
Quæ te deserui solam quæ instantibus ultro
Hostibus exposui raucis secuta fruebar
Ni mirum thiasis & læta sonantibus armis
Iungebam phrygios: cum tu raperes leones.
Accipe quas merui poenas. en ora fatiscunt
Vulneribus: grandesq; rubent in pectore sulci.
Immemor en uterus crebro contunditur ictu.
Qua te parte poli: quo te te sub cardine quæra?
Quis monstrator erit? quæ me uestigia ducent?
Quis currus? ferus ille quis est terræ? marisne?
Incola? quæ uolucrum depredam signa rotar?
Ibo ibo quocunq; pedes: quocunq; iube bit
Casus. sic uenerem quærat deserta dione.
Efficiet ne labor rursus te nata licebit
Amplecti: manet ille decor: manet ille genarum
Fulgor: an infelix tandem fortasse uidebo:
Qualis nocte uenis: qualem per somnia uidi.
Sic ait: & prima gressus molitur ab ætæ:
Exitiiq; reos flores ipsumq; rapinæ
Detestata locum sequitur dispersa uiarum
Indicia: & pleno rimatur lumine campos:
Inclinatq; faces. omnis madet orbita fletu
Omnibus admugit: quocunq; it in æquore fuluis
Annatat umbra fretis extremaq; lucis imago
Italiam libyamq; ferit: clarescit hetruscum
Littus: & accenso resplendent æquore sirtes.
Antra procul scylla petiit: canibusq; reductis
Pars stupefacta silet: pars nundū exterrita latrat.
FINIS

THADAEIO VGOLETO Parmensi Oratori
Celeberrimo Bernardinus Saxoguidanus Mu
tinēsis .S.

Quē modo pene situs: cariosaq; adæderat ætas:
Barbaricaq; miser compede uinctus erat.
Iam curata nitens attollit Claudius ora:
Et solito candens plectra tenore mouet:
Cuius: ut extersæ labes fileantur: & acri
Censura ad seriem quæq; redacta suam.
Nilus: hymē: fœnix: epigrāmata: balnea: magnes:
Et fratrum summo bella parata Ioui.
Et missa Hadriano: uel epistola missa Sereno:
Pluraq; quæ multos delituere dies
Per te romulidis: est nostræ reddita luci
Vgolete queunt quolibet ore legi
Et ueluti quondam lacerati corpus alumni
Disinam uitæ restituisse ferunt
Sic tu membra boni passim discerpta poetæ
Cogis: in effigiem restituisq; nouam.

Opera Claudiani diligenter emendata per Tha
dæum Vgoletum Parmensem. Impressa autem p
Angelum eius fratrem Parmæ: Anno domini
MCCCCLXXXIII. Nono Kalendas Maias.

REGISTRVM.

abcdefghiklmno. omnes quaterni.
pqrst. sunt terni.











